Δαρεῖος δὲ τὴν μὲν νύκτα ξὺν ὀλίγοις τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἔφυγε, τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἀναλαμβάνων ἀεὶ τῶν τε Περσῶν τοὺς διασωθέντας ἐκ τῆς μάχης καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων, ἐς τετρακισχιλίους ἔχων τοὺς πάντας, ὡς ἐπὶ Θάψακόν τε πόλιν καὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν σπουδῇ ἤλαυνεν, ὡς τάχιστα μέσον αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν Εὐφράτην ποιῆσαι. (2) Ἀμύντας δὲ ὁ Ἀντιόχου καὶ Θυμώνδας ὁ Μέντορος καὶ Ἀριστομήδης ὁ Φεραῖος καὶ Βιάνωρ ὁ Ἀκαρνάν, ξύμπαντες οὗτοι αὐτόμολοι, μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς στρατιωτῶν ὡς ὀκτακισχιλίων εὐθὺς ὡς τεταγμένοι ἦσαν κατὰ τὰ ὄρη φεύγοντες ἀφίκοντο ἐς Τρίπολιν τῆς Φοινίκης· (3) καὶ ἐνταῦθα καταλαβόντες τὰς ναῦς νενεωλκημένας ἐφ' ὧν πρόσθεν ἐκ Λέσβου διακεκομισμένοι ἦσαν, τούτων ὅσαι μὲν ἱκαναί σφισιν ἐς τὴν κομιδὴν ἐδόκουν, ταύτας καθελκύσαντες, τὰς δὲ ἄλλας αὐτοῦ ἐν τοῖς νεωρίοις κατακαύσαντες, ὡς μὴ παρασχεῖν ταχεῖαν σφῶν τὴν δίωξιν, ἐπὶ Κύπρου ἔφυγον καὶ ἐκεῖθεν εἰς Αἴγυπτον, ἵναπερ ὀλίγον ὕστερον πολυπραγμονῶν τι Ἀμύντας ἀποθνήσκει ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων.

4. Φαρνάβαζος δὲ καὶ Αὐτοφραδάτης τέως μὲν περὶ τὴν Χίον διέτριβον· καταστήσαντες δὲ φρουρὰν τῆς Χίου τὰς μέν τινας τῶν νεῶν ἐς Κῶ καὶ Ἁλικαρνασσὸν ἔστειλαν, αὐτοὶ δὲ ἑκατὸν ναυσὶ ταῖς ἄριστα πλεούσαις ἀναγόμενοι ἐς Σίφνον κατέσχον. Καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφικνεῖται Ἆγις ὁ [τῶν] Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐπὶ μιᾶς τριήρους, χρήματά τε αἰτήσων ἐς τὸν πόλεμον καὶ δύναμιν ναυτικήν τε καὶ πεζικὴν ὅσην πλείστην ἀξιώσων συμπέμψαι οἱ ἐς τὴν Πελοπόννησον. (5) Καὶ ἐν τούτῳ ἀγγελία αὐτοῖς ἔρχεται τῆς μάχης τῆς πρὸς Ἰσσῷ γενομένης. Ἐκπλαγέντες δὲ πρὸς τὰ ἐξαγγελθέντα Φαρνάβαζος μὲν σὺν δώδεκα τριήρεσι καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων ξὺν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἐπὶ Χίου ἐστάλη, δείσας μή τι πρὸς τὴν ἀγγελίαν τῆς ἥττης οἱ Χῖοι νεωτερίσωσιν, (6) Ἆγις δὲ παρ' Αὐτοφραδάτου τάλαντα ἀργυρίου λαβὼν τριάκοντα καὶ τριήρεις δέκα, ταύτας μὲν Ἱππίαν ἄξοντα ἀποστέλλει παρὰ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ Ἀγησίλαον ἐπὶ Ταίναρον· καὶ παραγγέλλειν ἐκέλευσεν Ἀγησιλάῳ, διδόντα τοῖς ναύταις ἐντελῆ τὸν μισθὸν πλεῖν τὴν ταχίστην ἐπὶ Κρήτης, ὡς τὰ ἐκεῖ καταστησόμενον. Αὐτὸς δὲ τότε μὲν αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ὑπέμενεν, ὕστερον δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν παρ' Αὐτοφραδάτην ἀφίκετο.

7. Ἀλέξανδρος δὲ σατράπην μὲν Συρίᾳ τῇ κοίλῃ Μένωνα τὸν Κερδίμμα ἐπέταξε, δοὺς αὐτῷ ἐς φυλακὴν τῆς χώρας τοὺς τῶν ξυμμάχων ἱππέας· αὐτὸς δὲ ἐπὶ Φοινίκης ᾔει. Καὶ ἀπαντᾷ αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν Στράτων ὁ Γηροστράτου παῖς τοῦ Ἀραδίων τε καὶ τῶν Ἀράδῳ προσοίκων βασιλέως· ὁ δὲ Γηρόστρατος αὐτὸς μετ' Αὐτοφραδάτου ἔπλει ἐπὶ τῶν νεῶν, καὶ οἱ ἄλλοι οἵ τε τῶν Φοινίκων καὶ οἱ τῶν Κυπρίων βασιλεῖς καὶ αὐτοὶ Αὐτοφραδάτῃ ξυνέπλεον. (8) Στράτων δὲ Ἀλε-

CAP. XIII.

Darius noctu paucis comitatus fugerat : postridie vero recolligens Persas exterosque, qui ex eo prœlio evaserant, quatuor in universum millia habens, ad Thapsacum urbem et Euphratem cum equitatu contendit, ut quam citissime posset, Euphratem inter se atque Alexandrum medium relinqueret. (2) Amyntas porro Antiochi et Thymondas Mentoris filius et Aristomedes Pheræus et Bianor Acarnan, omnes transfugæ, statim ita ut dispositi erant per montes fugientes Tripolim Phœniciæ pervenerunt, octo circiter militum millia habentes : (3) ibi repertis navibus in navale subductis, quibus antea e Lesbo transvecti fuerant, tot ac sibi ad vecturam sufficere viderentur in mare protractis, reliquisque in navali succensis, ne celeriter eos insequendi facultatem suppeditarent, in Cyprum fugerunt, atque inde in Ægyptum : ubi paulo post Amyntas res novas moliens ab incolis interfectus est.

4. Pharnabazus autem et Autophradates aliquamdiu apud Chium moram fecerunt : præsidioque in insula collocato, nonnullis in Con atque Halicarnassum navibus missis, ipsi centum navibus optime ad navigandum comparatis Siphnum appellunt. Eo loci Agis Lacedæmoniorum rex una triremi ad eos venit, pecuniam in usus belli et copias navales ac pedestres, quammaximas posset, in Peloponnesum ducendas petiturus. (5) Inter hæc nuntius adfertur prœlii apud Issum commissi. Quo nuntio perculsi, Pharnabazus quidem cum duodecim triremibus atque exterorum mercenariorum mille quingentis Chium repetit, veritus ne audita clade Chii defectionem molirentur. (6) Agis, acceptis ab Autophradate talentis argenti triginta et triremibus decem, has quidem Hippiæ ad Agesilaum fratrem suum in Tænarum ducendas tradit, mandatis additis, ut persoluto nautis integro stipendio, quam citissime possit in Cretam naviget, ad res illius insulæ constituendas. Ipse ibi in insulis aliquandiu commoratus, paulo post Halicarnassum ad Autophradatem abiit.

7. Alexander, Syriæ, quam Cœlen (*cavam*) vocant, Menonem Cerdimmæ filium satrapam constituit, equitatu auxiliariorum ipsi in præsidium provinciæ commisso : ipse in Phœniciam profectus est. Et in itinere obvium habuit Stratonem Gerostrati filium (erat is Gerostratus Aradiorum, et quot quot Arado insulæ finitimi sunt, rex, qui quidem, ut ceteris Phœnicum ac Cypriorum reges, naves suas cum Autophradate conjunxerat), (8) qui, aurea corona Alexandri capiti

ξάνδρῳ ἐντυχὼν στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ αὐτόν, καὶ τήν τε Ἄραδον αὐτῷ τὴν νῆσον καὶ τὴν Μάραθόν τὴν καταντικρὺ τῆς Ἀράδου ἐν τῇ ἠπείρῳ κειμένην πόλιν, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, καὶ Σιγῶνα καὶ Μαριάμμην πόλιν καὶ τἆλλα ὅσα τῆς σφῶν ἐπικρατείας ἐνδίδωσιν.

ΚΕΦ. ΙΔʹ.

Ἔτι δὲ ἐν Μαράθῳ Ἀλεξάνδρου ὄντος ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις, ἐπιστολήν τε κομίζοντες Δαρείου καὶ αὐτοὶ ἀπὸ γλώσσης δεησόμενοι ἀφεῖναι Δαρείῳ τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας. (2) Ἐδήλου δὲ ἡ ἐπιστολή, ὅτι Φιλίππῳ τε πρὸς Ἀρταξέρξην φιλία καὶ ξυμμαχία ἐγένετο· καὶ ἐπειδὴ Ἄρσης ὁ υἱὸς Ἀρταξέρξου ἐβασίλευσεν, ὅτι Φίλιππος ἀδικίας πρῶτος ἐς βασιλέα Ἄρσην ἦρξεν οὐδὲν ἄχαρι ἐκ Περσῶν παθών. Ἐξ οὗ δὲ αὐτὸς βασιλεύει Περσῶν, οὔτε πέμψαι τινὰ Ἀλέξανδρον παρ' αὐτὸν ἐς βεβαίωσιν τῆς πάλαι οὔσης φιλίας τε καὶ ξυμμαχίας, διαβῆναί τε ξὺν στρατιᾷ ἐς τὴν Ἀσίαν καὶ πολλὰ κακὰ ἐργάσασθαι Πέρσας. (3) Τούτου ἕνεκα καταβῆναι αὐτὸς τῇ χώρᾳ ἀμυνῶν καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν ἀνασώσων. Τὴν μὲν δὴ μάχην ὡς θεῶν τῳ ἔδοξεν, οὕτω κριθῆναι· αὐτὸς δὲ βασιλεὺς παρὰ βασιλέως γυναῖκά τε τὴν αὑτοῦ αἰτεῖν καὶ μητέρα καὶ παῖδας τοὺς ἁλόντας, καὶ φιλίαν ἐθέλειν ποιήσασθαι πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ ξύμμαχος εἶναι Ἀλεξάνδρῳ· καὶ ὑπὲρ τούτων πέμπειν ἠξίου Ἀλέξανδρον παρ' αὐτὸν ξὺν Μενίσκῳ τε καὶ Ἀρσίμᾳ τοῖς ἀγγέλοις τοῖς ἐκ Περσῶν ἥκουσι τοὺς τὰ πιστὰ ληψομένους τε καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου δώσοντας.

4. Πρὸς ταῦτα ἀντιγράφει Ἀλέξανδρος καὶ ξυμπέμπει τοῖς παρὰ Δαρείου ἐλθοῦσι Θέρσιππον, παραγγείλας τὴν ἐπιστολὴν δοῦναι Δαρείῳ, αὐτὸν δὲ μὴ διαλέγεσθαι ὑπὲρ μηδενός. Ἡ δὲ ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου ὧδε ἔχει. « Οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι ἐλθόντες εἰς Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Ἑλλάδα κακῶς ἐποίησαν ἡμᾶς οὐδὲν προηδικημένοι· ἐγὼ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἡγεμὼν κατασταθεὶς καὶ τιμωρήσασθαι βουλόμενος Πέρσας διέβην ἐς τὴν Ἀσίαν, ὑπαρξάντων ὑμῶν. (5) Καὶ γὰρ Περινθίοις ἐβοηθήσατε, οἳ τὸν ἐμὸν πατέρα ἠδίκουν, καὶ εἰς Θρᾴκην, ἧς ἡμεῖς ἤρχομεν, δύναμιν ἔπεμψεν Ὦχος. Τοῦ δὲ πατρὸς ἀποθανόντος ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευσάντων, οὓς ὑμεῖς συνετάξατε, ὡς αὐτοὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς πρὸς ἅπαντας ἐκομπάσατε, καὶ Ἄρσην ἀποκτείναντός σου μετὰ Βαγώου, καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχόντος οὐ δικαίως οὐδὲ κατὰ τὸν Περσῶν νόμον, ἀλλὰ ἀδικοῦντος Πέρσας, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας γράμματα οὐκ ἐπιτήδεια διαπέμποντος, ὅπως πρός με πολεμῶσι, (6) καὶ χρήματα ἀποστέλλοντος πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ ἄλλους τινὰς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων οὐδεμιᾶς δεχομένης, Λακεδαιμονίων δὲ λαβόντων, καὶ τῶν παρὰ σοῦ πεμφθέντων τοὺς

imposita, Aradum insulam et Marathum ex adverso Aradi in continente sitam urbem magnam atque opulentam, et Sigonem et Mariammen, cæteraque omnia quæ ad ipsorum ditionem pertinebant, ei tradit.

CAP. XIV.

Quumque adhuc Marathi esset Alexander, legati ad eum a Dario venerunt, qui et literas adferrent et verbis deprecarentur ut Darii matrem, uxorem et liberos dimitteret. (2) Significabat vero epistola amicitiam ac fœdus quod Philippo cum Artaxerxe intercessisset: quodque quum Arses, Artaxerxis filius, regnum accepisset, Philippus nullo a Persis incommodo affectus, primus Arsen injuria lacessisset. Alexandrum vero, ex eo tempore quo Darius Persis regnare cœpisset, pro confirmanda veteri amicitia ac fœdere nunquam misisse, (3) sed in Asiam profectum cum exercitu multis malis Persas affecisse. Quam ob causam se ut terram defenderet patriumque imperium tueretur expeditionem fecisse, de prœlio ita ut alicui deorum visum fuisset decretum esse. Se regem a rege matrem suam, uxorem ac liberos captos petere, amicitiam se cum Alexandro et societatem initurum venire, eaque de re ut Alexander ad se cum Menisco et Arsima, legatis Persarum mitteret qui fidem acciperent, et Alexandri nomine darent, rogabat.

4. Alexander ad hæc respondet, unaque cum legatis, qui a Dario venerant, Thersippum mittit, jubens ut epistolam Dario reddat, ipse vero nulla de re cum Dario sermones conferat. Epistola Alexandri hæc fuit: « Majores vestri, Macedoniam reliquamque Græciam ingressi, damnis nos affecerunt, quum ipsi nulla prius a nobis accepissent. Ego Græcorum imperator creatus, Persarum injuriam vindicare volens, in Asiam trajeci, a vobis lacessitus. (5) Siquidem et Perinthiis opem tulistis, qui patrem meum injuria affecerant; Ochus etiam in Thraciam quæ nostro imperio subest exercitum duxit. Parente autem meo per insidiatores quos ipsi subornaratis occiso, quemadmodum vos literis quoquoversum missis gloriati estis, quum tu Arsen cum Bagoa interfici curasses, regnumque injuste et contra Persarum leges atque instituta occupasses, summa Persis injuria illata, literas etiam parum amicas ad Græcos misisti, quibus eos adbellum contra me suscipiendum incitares. (6) Quumque pecunias ad Lacedæmonios aliosque Græcorum nonnullos miseris, quas tamen quum reliquæ omnes Græciæ civitates contempsissent, soli Lacedæmonii acceperunt, quum denique ii qui abs te emissi fuerunt, amicos sociosque

ἐμοὺς φίλους διαφθειράντων καὶ τὴν εἰρήνην ἣν τοῖς Ἕλλησι κατεσκεύασα διαλύειν ἐπιχειρούντων, ἐστράτευσα ἐπὶ σέ, ὑπάρξαντος σοῦ τῆς ἔχθρας. (7) Ἐπεὶ δὲ μάχῃ νενίκηκα πρότερον μὲν τοὺς σοὺς στρατηγοὺς καὶ σατράπας, νῦν δὲ καὶ σὲ καὶ τὴν μετὰ σοῦ δύναμιν, καὶ τὴν χώραν ἔχω, τῶν θεῶν μοι δόντων. Ὅσοι τῶν μετὰ σοῦ παραταξαμένων μὴ ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανον, ἀλλὰ παρ' ἐμὲ κατέφυγον, τούτων ἐπιμέλομαι καὶ οὐκ ἄκοντες παρ' ἐμοί εἰσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἑκόντες ξυστρατεύονται μετ' ἐμοῦ. (8) Ὡς οὖν ἐμοῦ τῆς Ἀσίας ἁπάσης κυρίου ὄντος ἧκε πρὸς ἐμέ. Εἰ δὲ φοβῇ μὴ ἐλθὼν πάθῃς τι ἐξ ἐμοῦ ἄχαρι, πέμπε τινὰς τῶν φίλων τὰ πιστὰ ληψομένους. Ἐλθὼν δὲ πρός με τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας καὶ εἰ ἄλλο τι ἐθέλεις αἴτει καὶ λάμβανε. Ὅ τι γὰρ ἂν πείθῃς ἐμὲ ἔσται σοι. (9) Καὶ τοῦ λοιποῦ ὅταν πέμπῃς παρ' ἐμέ, ὡς πρὸς βασιλέα τῆς Ἀσίας πέμπε, μηδὲ ἃ ἐξ ἴσου ἐπίστελλε, ἀλλ' ὡς κυρίῳ ὄντι πάντων τῶν σῶν φράζε εἴ του δέῃ· εἰ δὲ μή, ἐγὼ βουλεύσομαι περὶ σοῦ ὡς ἀδικοῦντος. Εἰ δ' ἀντιλέγεις περὶ τῆς βασιλείας, ὑπομείνας ἔτι ἀγώνισαι περὶ αὐτῆς καὶ μὴ φεῦγε, ὡς ἐγὼ ἐπὶ σὲ πορεύσομαι οὗ ἂν ᾖς. »

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Πρὸς μὲν Δαρεῖον ταῦτα ἐπέστειλεν. Ἐπεὶ δ' ἔμαθε τά τε χρήματα ὅσα σὺν Κωφῆνι τῷ Ἀρταβάζου ἀποπεπόμφει εἰς Δαμασκὸν Δαρεῖος ὅτι ἑάλωκε, καὶ ὅσοι Περσῶν ἀμφ' αὐτὰ ἐγκατελείφθησαν ξὺν τῇ ἄλλῃ βασιλικῇ κατασκευῇ ὅτι καὶ οὗτοι ἑάλωσαν, ταῦτα μὲν ὀπίσω κομίσαντα ἐς Δαμασκὸν Παρμενίωνα φυλάσσειν ἐκέλευε. (2) Τοὺς δὲ πρέσβεις τῶν Ἑλλήνων οἳ πρὸς Δαρεῖον πρὸ τῆς μάχης ἀφιγμένοι ἦσαν, ἐπεὶ καὶ τούτους ἑαλωκέναι ἔμαθε, παρ' αὐτὸν πέμπειν ἐκέλευσεν. Ἦσαν δὲ Εὐθυκλῆς μὲν Σπαρτιάτης, Θεσσαλίσκος δὲ Ἰσμηνίου καὶ Διονυσόδωρος Ὀλυμπιονίκης, Θηβαῖοι, Ἰφικράτης δὲ ὁ Ἰφικράτους τοῦ στρατηγοῦ, Ἀθηναῖος. (3) Καὶ οὗτοι ὡς ἧκον παρ' Ἀλέξανδρον, Θεσσαλίσκον μὲν καὶ Διονυσόδωρον, καίπερ Θηβαίους ὄντας, εὐθὺς ἀφῆκε, τὸ μέν τι κατοικτίσει τῶν Θηβῶν, τὸ δὲ ὅτι ξυγγνωστὰ δεδρακέναι ἐφαίνοντο, ἠνδραποδισμένης ὑπὸ Μακεδόνων τῆς πατρίδος σφίσι τε ἥντινα ἠδύναντο ὠφέλειαν εὑρισκόμενοι καὶ εἰ δή τινα καὶ τῇ πατρίδι ἐκ Περσῶν καὶ Δαρείου, (4) ταῦτα μὲν ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐπιεικῆ ἐνθυμηθείς, ἰδίᾳ δὲ Θεσσαλίσκον μὲν αἰδοῖ τοῦ γένους ἀφιέναι εἶπεν, ὅτι τῶν ἐπιφανῶν Θηβαίων ἦν, Διονυσόδωρον δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν Ὀλυμπίων. Ἰφικράτην δὲ φιλίᾳ τε τῆς Ἀθηναίων πόλεως καὶ μνήμῃ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς ζῶντά τε ἀμφ' αὑτὸν ἔχων ἐς τὰ μάλιστα ἐτίμησε καὶ νόσῳ τελευτήσαντος τὰ ὀστᾶ ἐς τὰς Ἀθήνας τοῖς πρὸς γένους ἀπέπεμψεν. (5) Εὐθυκλέα δέ, Λακεδαιμόνιόν τε ὄντα, πόλεως περιφανῶς ἐχθρᾶς ἐν τῷ τότε, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἰδίᾳ εὑρισκόμενον

« meos corruperint atque abalienarint, et pacem cum Græcis constitutam dissolvere omnibus modis conati sint, « bellum tibi intuli, quippe qui inimicitiarum auctor fueris. « (7) Quum autem primo satrapas tuos bellique duces, « nunc vero te tuumque exercitum prælio vicerim, etiam « ditiones tuas deorum benignitate in mea potestate teneo. « Quotquot tuarum partium milites ex prælio servati ad me « confugerunt, horum curam gero, neque inviti apud me « sunt, sed sua sponte mecum militant. (8) Ad me igitur utpote totius Asiæ dominum veni. At si metuis ne, « ubi veneris, aliquid tibi abs me acerbi accidat, mitte « amicorum tuorum aliquot, qui fidem accipiant. Quum « ad me veneris, matrem et uxorem ac liberos, et si quid « præterea voles posce atque accipe. Quicquid enim a « me petieris, impetrabis. (9) De reliquo, quando ad me « scribes, ad Asiæ regem scribere te memineris : neque « tanquam ad parem scribe, sed veluti omnium tuarum « rerum domino significa si qua re indiges. Sin aliter feceris, ego de te tanquam injuriam inferente decernam. Si « vero, quod ad regni possessionem attinet, contradicis, « aliud pro eo prælium experiri paratus sis, neque fugias. « Ego enim te, quocunque loci fueris, adoriar. »

CAP. XV.

Atque hæc quidem ad Darium scripsit. Postquam vero cognovit, omnem pecuniam quam Darius per Cophenem Artabazi filium Damascum miserat captam esse, Persas etiam ejus pecuniæ custodes, reliquumque regium apparatum in potestatem venisse, hæc Parmenioni Damascum reportanda et custodienda tradidit. (2) Legatos autem Græcorum qui ad Darium ante prœlium advenerant, quum hos quoque captos audiret, ad se mitti jussit. Hi erant, Euthycles Lacedæmonius, Thessaliscus Ismenii filius, et Dionysodorus Olympionica, Thebani : porro Iphicrates, filius Iphicratis copiarum ducis, Atheniensis. (3) Qui quum ad Alexandrum adducti essent, Thessaliscum quidem et Dionysodorum, quamvis Thebani essent, statim dimisit tum commiseratione Thebarum, tum quod venia digni viderentur, quippe qui patria ipsorum a Macedonibus direpta eversaque, et sibi et patriæ utilitatem aliquam afferre Darii ac Persarum adminiculo conarentur. (4) Hæc itaque modeste ac leniter de utroque statuens, Thessaliscum præterea reverentia generis adductus (erat enim illustri apud Thebanos loco), Dionysodorum autem quod Olympiis vicisset dimisit : Iphicratem vero, ob amorem Atheniensis urbis et paternæ memoriæ gloriam, quum in vivis esset, magno semper apud se in honore habuit, et mortui ossa Athenas ad propinquos reportari curavit. (5) At Euthyclem, quod Lacedæmonius esset, eaque urbs tum temporis manifestas cum Alexandro inimicitias gereret, quodque ipse privatim nihil quod magnopere ve-

ἐς ξυγγνώμην ὅ τι [γε] καὶ λόγου ἄξιον, τὰ μὲν πρῶτα ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν· ὕστερον δέ, ἐπεὶ μεγάλα εὐτύχει, καὶ τοῦτον ἀφῆκεν.

6. Ἐκ Μαράθου δὲ ὁρμηθεὶς Βύβλον τε λαμβάνει ὁμολογίᾳ ἐνδοθεῖσαν, καὶ Σιδῶνα, αὐτῶν Σιδωνίων ἐπικαλεσαμένων κατὰ ἔχθος τὸ Περσῶν καὶ Δαρείου. Ἐντεῦθεν δὲ προὐχώρει ὡς ἐπὶ Τύρον· καὶ ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν πρέσβεις Τυρίων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐσταλμένοι ὡς ἐγνωκότων Τυρίων πράσσειν ὅ τι ἂν ἐπαγγέλλῃ Ἀλέξανδρος. (7) Ὁ δὲ τήν τε πόλιν ἐπαινέσας καὶ τοὺς πρέσβεις (καὶ γὰρ ἦσαν τῶν ἐπιφανῶν ἐν Τύρῳ οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τοῦ βασιλέως τῶν Τυρίων παῖς· αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀζέμιλκος μετ' Αὐτοφραδάτου ἔπλει), ἐκέλευσεν ἐπανελθόντας φράσαι Τυρίοις ὅτι ἐθέλοι παρελθὼν ἐς τὴν πόλιν θῦσαι τῷ Ἡρακλεῖ.

nia dignum videretur, inveniret, primum quidem in custodiam (citra vincula tamen) tradidit : postea, ut res magnæ prospere successerunt, etiam hunc dimisit.

6. E Maratho deinde movens, Byblum pactionibus traditam capit; Sidonem etiam, Sidoniis ipsis odio Persarum et Darii eum accersentibus. Tyrum inde proficiscenti Tyriorum legati obviam venerunt, a communi missi, significantes Tyrios paratos esse, quæ Alexander imperaret, facere. (7) Ipse, laudata et civitate et legatis (erant enim hi ex principibus civitatis cum alii, tum Tyriorum regis filius. nam ipse rex Azemilcus cum Autophradate navigabat), jussit ut reversi Tyriis renuntiarent, velle se urbem intrare, Herculi sacrificaturum.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Ἔστι γὰρ ἐν Τύρῳ ἱερὸν Ἡρακλέους παλαιότατον ὧν μνήμη ἀνθρωπίνη διασώζεται, οὐ τοῦ Ἀργείου Ἡρακλέους τοῦ τῆς Ἀλκμήνης· πολλαῖς γὰρ γενεαῖς πρότερον τιμᾶται ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς, ἢ Κάδμον ἐκ Φοινίκης ὁρμηθέντα Θήβας κατασχεῖν καὶ τὴν παῖδα Κάδμῳ τὴν Σεμέλην γενέσθαι, ἐξ ἧς καὶ ὁ τοῦ Διὸς Διόνυσος γίγνεται. (2) Διόνυσος μὲν δὴ τρίτος ἂν ἀπὸ Κάδμου εἴη, κατὰ Λάβδακον τὸν Πολυδώρου τοῦ Κάδμου παῖδα· Ἡρακλῆς δὲ ὁ Ἀργεῖος κατ' Οἰδίποδα μάλιστα τὸν Λαΐου. Σέβουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι ἄλλον Ἡρακλέα, οὐχ ὅνπερ Τύριοι ἢ Ἕλληνες. (3) Ἀλλὰ λέγει Ἡρόδοτος ὅτι τῶν δώδεκα θεῶν Ἡρακλέα ἄγουσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ καὶ Ἀθηναῖοι Διόνυσον τὸν Διὸς καὶ Κόρης σέβουσιν, ἄλλον τοῦτον Διόνυσον· καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ, ἐπᾴδεται. (4) Ὡς τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα, ἵνα καὶ στῆλαί τινες Ἡρακλέους ὠνομασμέναι εἰσί, δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι Ἡρακλέα, ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἡ Ταρτησσὸς καὶ τῷ Φοινίκων νόμῳ ὅ τε νεὼς πεποίηται τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐκεῖ καὶ αἱ θυσίαι θύονται. (5) Γηρυόνην δέ, ἐφ' ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐστάλη πρὸς Εὐρυσθέως τὰς βοῦς ἀπελάσαι τὰς Γηρυόνου καὶ ἀγαγεῖν ἐς Μυκήνας, οὐδέν τι προσήκειν τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει· οὐδὲ ἐπὶ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης σταλῆναι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τῆς ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμβρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βόας, οὐδὲ τοῦτον φαῦλον ἆθλον τιθέμενον. (6) Οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ εἰς τοῦτο ἔτι εὔβοτον τὴν ἤπειρον ταύτην καὶ βοῦς τρέφουσαν καλλίστας· καὶ ἐς Εὐρυσθέα τῶν μὲν ἐξ Ἠπείρου βοῶν κλέος ἀφῖχθαι καὶ τοῦ βασιλέως τῆς Ἠπείρου τὸ ὄνομα τὸν Γηρυόνην οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος τίθεμαι· τῶν δὲ ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης Ἰβήρων οὔτ' ἂν τοῦ βασιλέως τὸ ὄνομα γιγνώ-

CAP. XVI.

Est enim in ea urbe templum Herculis vetustissimum ex iis, quorum humana memoria conservatur, non Argivi illius Herculis qui Alcmenæ filius fuit : multis enim ante seculis Tyri colebatur Hercules, quam Cadmus e Phœnicia profectus Thebas obtinuisset, multoque ante quam Semele Cadmi filia nata esset, ex qua Bacchus Jovis filius. (2) Bacchus enim tertius a Cadmo foret temporibus vivens Labdaci, qui filius erat Polydori, nepos Cadmi; Hercules vero Argivus temporibus Œdipi Laii filii vixit. Colunt autem et Ægyptii alium Herculem, diversum ab eo quem Tyrii vel Græci. (3) Nam Herodotus tradit, Ægyptios Herculem in numero duodecim deorum habere, quemadmodum etiam Athenienses Bacchum Jovis et Proserpinæ filium colunt, diversum ab altero Baccho; et Iacchus mysticus huic Baccho, non Thebano illi, accinitur. (4) Quapropter Herculem illum qui in Tartesso ab Iberis colitur, ubi et columnæ quædam exstant Herculeæ dictæ, Tyrium hunc Herculem esse censuerim. Tartessus enim a Phœnicibus condita est, et Phœnicum more templum eo loci Herculi structum est et sacra fiunt. (5) Geryonem vero, adversus quem Hercules Argivus ab Eurystheo missus, ut boves Geryonis abreptos Mycenas duceret, nihil ad Iberorum regionem pertinere Hecatæus logographus tradit, neque ad insulam ullam Erythiam in Oceano sitam missum fuisse : sed Geryonem continentis, quæ circa Ambraciam et Amphilochos est, regem fuisse : atque ex hac continente Herculem boves abduxisse, neque parvum hunc etiam laborem judicasse. (6) Neque vero me latet, in hunc usque diem pinguia in illa continente pascua esse, et opimas boves in ea pasci; ac in notitiam Eurysthei famam de Epiri boum præstantia pervenisse regisque Epiri nomen Geryonis, id minime veri absimile esse mihi videtur : contra extremorum Europæ Iberorum neque regis nomen cognosse

σχειν Εὐρυσθέα, οὔτε εἰ βοῦς καλαὶ ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ νέμονται, εἰ μή τις τὴν Ἥραν τούτοις ἐπάγων, ὡς αὐτὴν ταῦτα Ἡρακλεῖ δι' Εὐρυσθέως ἐπαγγέλλουσαν, τὸ οὐ πιστὸν τοῦ λόγου ἀποκρύπτειν ἐθέλοι τῷ μύθῳ.

7. Τούτῳ τῷ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ ἔφη ἐθέλειν θῦσαι Ἀλέξανδρος. Ὡς δὲ ἀπηγγέλθη ταῦτα πρὸς τῶν πρέσβεων εἰς τὴν Τύρον, τὰ μὲν ἄλλα ἔδοξέ σφισι ποιεῖν ὅ τι περ ἐπαγγέλλει Ἀλέξανδρος, ἐς δὲ τὴν πόλιν μήτε τινὰ Περσῶν μήτε Μακεδόνων δέχεσθαι, ὡς τοῦτο ἔς τε τὰ παρόντα τῷ λόγῳ εὐπρεπέστατον καὶ ἐς τοῦ πολέμου τὴν κρίσιν, ἄδηλον ἔτι οὖσαν, ἀσφαλέστατόν σφισι γενησόμενον. (8) Ὡς δὲ ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ τὰ ἐκ τῆς Τύρου, τοὺς μὲν πρέσβεις πρὸς ὀργὴν ὀπίσω ἀπέπεμψεν, αὐτὸς δὲ συναγαγὼν τούς τε ἑταίρους καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆς στρατιᾶς καὶ ταξιάρχας καὶ ἰλάρχας ἔλεξεν ὧδε.

ΚΕΦ. ΙΖʹ.

« Ἄνδρες φίλοι καὶ ξύμμαχοι, ἡμῖν οὔτε τὴν ἐπ' Αἰγύπτου πορείαν ἀσφαλῆ ὁρῶ, θαλασσοκρατούντων Περσῶν, Δαρεῖόν τε διώκειν ὑπολιπομένους αὐτήν τε ὀπίσω τὴν τῶν Τυρίων πόλιν ἀμφίβολον καὶ Αἴγυπτον καὶ Κύπρον ἐχομένας πρὸς Περσῶν, οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλὲς ἔς τε τὰ ἄλλα καὶ μάλιστα δὴ ἐς τὰ Ἑλληνικὰ πράγματα, (2) μήποτ' ἄρα ἐπικρατήσαντες αὖθις τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ χωρίων οἱ Πέρσαι, προχωρησάντων ἡμῶν ξὺν τῇ δυνάμει ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνά τε καὶ Δαρεῖον, αὐτοὶ ξὺν πλείονι στόλῳ μεταγάγοιεν τὸν πόλεμον ἐς τὴν Ἑλλάδα, Λακεδαιμονίων μὲν ἐκ τοῦ εὐθέος ἡμῖν πολεμούντων, τῆς δὲ Ἀθηναίων πόλεως φόβῳ μᾶλλόν τι ἢ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς ἡμᾶς πρὸς τὸ παρὸν κατεχομένης. (3) Ἐξαιρεθείσης δὲ Τύρου ἥ τε Φοινίκη ἔχοιτο ἂν πᾶσα καὶ τὸ ναυτικὸν ὅπερ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τοῦ Περσικοῦ, τὸ Φοινίκων, παρ' ἡμᾶς μεταχωρήσειν εἰκός· οὐ γὰρ ἀνέξονται οὔτε οἱ ἐρέται οὔτε οἱ ἐπιβάται Φοίνικες, ἐχομένων σφίσι τῶν πόλεων, αὐτοὶ ὑπὲρ ἄλλων πλέοντες κινδυνεύειν· Κύπρος δὲ ἐπὶ τῷδε ἢ οὐ χαλεπῶς ἡμῖν προσχωρήσει ἢ ἐξ ἐπίπλου εὐμαρῶς ληφθήσεται. (4) Καὶ ταῖς τε ἐκ Μακεδονίας ναυσὶ καὶ ταῖς Φοινίσσαις πλεόντων ἡμῶν τὴν θάλασσαν καὶ Κύπρου ἅμα προσγενομένης, θαλασσοκρατοῖμέν τε ἂν βεβαίως καὶ ὁ ἐς Αἴγυπτον στόλος εὐμαρῶς ἡμῖν ἐν ταὐτῷ γίγνεται. Αἴγυπτον δὲ παραστησαμένοις ὑπέρ τε τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς οἰκείας οὐδὲν ἔτι ὕποπτον ὑπολείπεται, τόν τε ἐπὶ Βαβυλῶνος στόλον μετὰ τοῦ ἐς τὰ οἴκοι ἀσφαλοῦς καὶ ξὺν μείζονι ἅμα ἀξιώσει ποιησόμεθα, ἀποτετμημένοι τήν τε θάλασσαν Περσῶν ξύμπασαν καὶ τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Εὐφράτου γῆν. »

Eurystheum censeo, neque an opimæ ea in regione boves nascantur, nisi quis Junonem adducens quæ id Herculi per Eurystheum denuntiaret, rem absimilem vero fabulæ involucris tegere velit.

7. Huic Herculi Tyrio Alexander se sacrificare velle dixit. Quæ postquam a legatis Tyrum perlata sunt, visum illis est reliqua omnia quæ Alexander imperasset facere : cæterum neminem vel Græcorum vel Macedonum in urbem admittere, quod illud pro præsenti rerum statu rationi convenientissimum, et quoad eventum belli, qui adhuc incertus erat, tutissimum ipsis videretur. (8) Simulac vero Tyriorum responsum Alexandro renuntiatum fuit, indignatus legatos Tyrum reverti jubet : convocatisque amicis et principibus exercitus, et cohortium turmarumque præfectis, ita eos alloquutus est.

CAP. XVII.

« Expeditionem in Ægyptum facere, o amici ac socii, parum tutum nobis fore censeo, Persis imperium maris obtinentibus : et Darium insequi, Tyriorum urbe dubia relicta, Persisque Ægyptum ac Cyprum in sua potestate habentibus, cum ob alias res, tum ob Græciæ statum, periculosum fore judico, (2) ne fortasse maritimis oppidis recuperatis, interea dum nos exercitum in Babylonem et Darium ducimus, ipsi majore classe bellum in Græciam transferant : præsertim quum Lacedæmonii apertos sese nobis hostes declararint, Athenienses vero in præsentia metu magis, quam benevolentia erga nos sese contineant. (3) Capta autem Tyro, et Phœnicia tota et navalis apparatus Phœnicum, quo maximo et validissimo Persæ utuntur, nobis, ut verisimile est, accedet. Neque enim remiges neque navium propugnatores Phœnices committent, ut tenentibus nobis ipsorum urbes, ipsi pro aliis navale prœlium subeant. Cyprus post hæc vel facile se nobis adjunget, vel classe eo missa parvo negotio capi poterit. (4) Atque ita Macedonum et Phœnicum conjuncta classe mare pernavigantes, Cypro etiam subacta, firmum maris imperium tenebimus, simulque nobis facilis in Ægyptum expeditio fuerit. Ægypto autem nostro imperio adjecta, nihil erit quod aut de Græcia aut de rebus domesticis simus solliciti. Babylonicam porro expeditionem, præterquam quod cum rerum domesticarum securitate, majore etiam nostra cum dignitate suscipiemus, Persis undique e mari et regione cis Euphratem submotis. »

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ταῦτα λέγων οὐ χαλεπῶς ἔπειθεν ἐπιχειρεῖν τῇ Τύρῳ· ἀλλὰ καί τι θεῖον ἀνέπειθεν αὐτόν, ὅτι ἐνύπνιον αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐδόκει αὐτὸς μὲν τῷ τείχει προσάγειν τῶν Τυρίων· τὸν δὲ Ἡρακλέα δεξιοῦσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀνάγειν ἐς τὴν πόλιν. Καὶ τοῦτο ἐξηγεῖτο Ἀρίστανδρος ὡς ξὺν πόνῳ ἁλωσομένην τὴν Τύρον, ὅτι καὶ τὰ τοῦ Ἡρακλέους ἔργα ξὺν πόνῳ ἐγένετο. (2) Καὶ γὰρ καὶ μέγα ἔργον τῆς Τύρου ἡ πολιορκία ἐφαίνετο. Νῆσός τε γὰρ αὐτοῖς ἡ πόλις ἦν καὶ τείχεσιν ὑψηλοῖς πάντῃ ὠχύρωτο· καὶ τὰ ἀπὸ θαλάσσης πρὸς τῶν Τυρίων μᾶλλόν τι ἐν τῷ τότε ἐφαίνετο, τῶν τε Περσῶν ἔτι θαλασσοκρατούντων καὶ αὐτοῖς τοῖς Τυρίοις νεῶν ἔτι πολλῶν περιουσῶν.

3. Ὡς δὲ ταῦτα ὅμως ἐκράτησε, χῶμα ἔγνω χωννύναι ἐκ τῆς ἠπείρου ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν. Ἔστι δὲ πορθμὸς τεναγώδης τὸ χωρίον· καὶ τὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς θαλάσσης βραχέα καὶ πηλώδη αὐτοῦ, τὰ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει, ἵνα τὸ βαθύτατον τοῦ διάπλου, τριῶν μάλιστα ὀργυιῶν τὸ βάθος. Ἀλλὰ λίθων τε πολλῶν ἀφθονία ἦν καὶ ὕλης, ἥντινα τοῖς λίθοις ἄνωθεν ἐπεφόρουν· χάρακές τε οὐ χαλεπῶς ἐν τῷ πηλῷ κατεπήγνυντο καὶ αὐτὸς ὁ πηλὸς ξύνδεσμος τοῖς λίθοις ἐς τὸ ἐπιμένειν ἐγίγνετο. (4) Καὶ προθυμία τῶν Μακεδόνων ἐς τὸ ἔργον καὶ Ἀλεξάνδρου πολλὴ ἦν, παρόντος τε καὶ αὐτοῦ ἕκαστα ἐξηγουμένου καὶ τὰ μὲν λόγῳ ἐπαίροντος, τὰ δὲ καὶ χρήμασι τούς τι ἐκπρεπέστερον κατ' ἀρετὴν πονουμένους ἐπικουφίζοντος. Ἀλλ' ἔστε μὲν τὸ πρὸς τῇ ἠπείρῳ ἐχώννυτο, οὐ χαλεπῶς προὐχώρει τὸ ἔργον, ἐπὶ βάθος τε ὀλίγον χωννύμενον καὶ οὐδενὸς ἐξείργοντος. (5) Ὡς δὲ τῷ βαθυτέρῳ ἤδη ἐπέλαζον καὶ ἅμα τῇ πόλει αὐτῇ ἐγγὺς ἐγίγνοντο, ἀπό τε τῶν τειχῶν, ὑψηλῶν ὄντων, βαλλόμενοι ἐκακοπάθουν, ἅτε καὶ ἐπ' ἐργασίᾳ μᾶλλόν τι ἢ ὡς ἐς μάχην ἀκριβῶς ἐσταλμένοι, καὶ ταῖς τριήρεσιν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τοῦ χώματος ἐπιπλέοντες οἱ Τύριοι, ἅτε δὴ θαλασσοκρατοῦντες ἔτι, ἄπορον πολλαχῇ τὴν πρόσχωσιν τοῖς Μακεδόσιν ἐποίουν. (6) Καὶ οἱ Μακεδόνες πύργους ἐπάνω τοῦ χώματος, ὅ τιπερ προκεχωρήκει αὐτοῖς ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης, ἐπέστησαν δύο καὶ μηχανὰς ἐπὶ τοῖς πύργοις. Προκαλύμματα δὲ δέρρεις καὶ διφθέραι αὐτοῖς ἦσαν, ὡς μήτε πυρφόροις βέλεσιν ἀπὸ τοῦ τείχους βάλλεσθαι, τοῖς τε ἐργαζομένοις προβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι πρὸς τὰ τοξεύματα· ἅμα τε ὅσοι προσπλέοντες τῶν Τυρίων ἔβλαπτον τοὺς χωννύντας, ἀπὸ τῶν πύργων βαλλόμενοι οὐ χαλεπῶς ἀνασταλήσεσθαι ἔμελλον.

CAP. XVIII.

His dictis facile persuasit, ut Tyri oppugnationem aggrederentur : divinitus vero etiam ipse monitus est, quum ea ipsa nocte per somnum visus sibi esset Tyriorum muros adoriri, Herculisque species se obtulisset dextram ei porrigentis atque in urbem introducentis. Quod quidem Aristander in hunc modum interpretabatur, Tyrum magno cum labore captum iri, quoniam etiam Herculis opera laboriosa fuissent. (2) Et certe Tyri expugnatio laboriosa in primis videbatur. Nam et insula urbs erat altisque mœnibus omni ex parte munita; et tum temporis Tyrii mari plurimum pollebant, quod nimirum et Persæ domini maris erant, ipsique præterea Tyrii magnam adhuc navium vim habebant.

3. In his tamen difficultatibus aggerem ex continente ad urbem ducere statuit. Fretum erat limosum alveo, et mare ubi continenti proximum est, vadosum ac cœnosum : ubi urbem ipsam attingit, qua quidem parte profundissimus trajectus est, tres summum orgyias altum est. Sed et magna vis saxorum ad manum erat, et ligneæ materiæ quam desuper saxis insternebant, neque difficulter tigna in cœno stabiliebantur, ipsumque adeo cœnum compagis loco saxa firmius inter se committebat. (4) Magna erat Macedonum ad opus alacritas, magna etiam Alexandri, qui et præsens erat et singula ipse designabat, atque alios verbis exstimulabat, alios vero etiam pecunia, eos nempe qui ingenti quadam contentione operi instabant, alacriores reddebat. Et sane quamdiu ad continentem aggerem ducebant, non difficulter processit opus; nam et in exigua maris altitudine et nemine prohibente molem jaciebant. (5) Postquam vero in profundiora loca perventum est atque ad urbem ipsam appropinquarunt, missilibus ab altis muris, non citra damnum, petebantur : quia instructi non tam ad pugnam quam ad opus erant. Tyrii præterea diversis ex partibus triremibus adnavigantes (quippe qui mari potiebantur) difficillimam sæpe aggeris exstructionem Macedonibus reddebant. (6) Macedones duas ligneas turres aggeri, qua plurimum in mare productus erat, imponunt, machinasque in iis disponunt. Tegmina iis erant coria et pelles, ut neque missilibus ignitis a muro peti possent, et iis qui in opere constituti erant propugnaculi loco adversus telorum ictus essent; simul etiam ut quotquot Tyriorum adnavigantes operariis infesti essent, e turribus icti non magno negotio reprimerentur.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Οἱ δὲ Τύριοι πρὸς ταῦτα ἀντιμηχανῶνται τοιόνδε. Ναῦν ἱππαγωγὸν κλημάτων τε ξηρῶν καὶ ἄλλης ὕλης εὐφλέκτου ἐμπλήσαντες δύο ἱστοὺς ἐπὶ τῇ πρῴρᾳ καταπηγνύουσι καὶ ἐν κύκλῳ περιφράσσουσιν ἐς ὅσον

CAP. XIX.

Tyrii contra hujuscemodi quid machinati sunt. Navem hippagogam aridis sarmentis aliaque materia quæ facile succendi posset onerant, et malis duobus ad proram erectis, quam latissime possunt eos in orbem circumsepiunt, ut fa-

μακρότατον, ὡς φορυτόν τε ταύτῃ καὶ δᾷδας ὅσας πλείστας δέξασθαι· πρὸς δὲ πίσσαν τε καὶ θεῖον καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τὸ παρακαλέσαι μεγάλην φλόγα ἐπὶ ταύτῃ ἐπεφόρησαν. (2) Παρέτειναν δὲ καὶ κεραίαν διπλῆν ἐπὶ τοῖς ἱστοῖς ἀμφοτέροις, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐξήρτησαν ἐν λέβησιν ὅσα ἐπιχυθέντα ἢ ἐπιβληθέντα ἐπὶ μέγα τὴν φλόγα ἐξάψειν ἔμελλεν· ἕρματά τε ἐς τὴν πρύμναν ἐνέθεσαν, τοῦ ἐξᾶραι ἐς ὕψος τὴν πρῷραν πιεζομένης κατὰ πρύμναν τῆς νεώς. (3) Ἔπειτα ἄνεμον τηρήσαντες ὡς ἐπὶ τὸ χῶμα ἐπιφέροντα, ἐξάψαντες τριήρεσι τὴν ναῦν κατ' οὐρὰν εἷλκον. Ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τῷ τε χώματι καὶ τοῖς πύργοις, πῦρ ἐμβαλόντες ἐς τὴν ὕλην καὶ ὡς βιαιότατα ἅμα ταῖς τριήρεσιν ἐπανελκύσαντες τὴν ναῦν ἐνσείουσιν ἄκρῳ τῷ χώματι· αὐτοὶ δὲ οἱ ἐν τῇ νηὶ καιομένῃ ἤδη ἐξενήξαντο οὐ χαλεπῶς. (4) Καὶ ἐν τούτῳ ἥ τε φλὸξ πολλὴ ἐνέπιπτε τοῖς πύργοις καὶ αἱ κεραῖαι περικλασθεῖσαι ἐξέχεαν ἐς τὸ πῦρ ὅσα ἐς ἔξαψιν τῆς φλογὸς παρεσκευασμένα ἦν. Οἱ δ' ἀπὸ τῶν τριηρῶν πλησίον τοῦ χώματος ἀνακωχεύοντες ἐτόξευον ἐς τοὺς πύργους, ὡς μὴ ἀσφαλὲς εἶναι πελάσαι ὅσοι σβεστήριόν τι τῇ φλογὶ ἐπέφερον. (5) Καὶ ἐν τούτῳ κατεχομένων ἤδη ἐκ τοῦ πυρὸς τῶν πύργων, ἐκδραμόντες ἐκ τῆς πόλεως πολλοὶ καὶ ἐς κελήτια ἐμβάντες ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐποκείλαντες τοῦ χώματος τόν τε χάρακα οὐ χαλεπῶς διέσπασαν τὸν πρὸ αὐτοῦ προβεβλημένον καὶ τὰς μηχανὰς ξυμπάσας κατέφλεξαν ὅσας μὴ τὸ ἀπὸ τῆς νεὼς πῦρ ἐπέσχεν. (6) Ἀλέξανδρος δὲ τό τε χῶμα ἀπὸ τῆς ἠπείρου ἀρξαμένους πλατύτερον χωννύναι, ὡς πλέονας δέξασθαι πύργους, καὶ τοὺς μηχανοποιοὺς μηχανὰς ἄλλας κατασκευάζειν ἐκέλευσεν. Ὡς δὲ ταῦτα παρεσκευάζετο, αὐτὸς τούς τε ὑπασπιστὰς ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ἐπὶ Σιδῶνος ἐστάλη, ὡς ἀθροίσων ἐκεῖ ὅσαι ἤδη ἦσαν αὐτῷ τριήρεις, ὅτι ἀπορώτερα τὰ τῆς πολιορκίας ἐφαίνετο, θαλασσοκρατούντων τῶν Τυρίων.

ΚΕΦ. Κ'.

Ἐν τούτῳ δὲ Γηρόστρατός τε ὁ Ἀράδου βασιλεὺς καὶ Ἔνυλος ὁ Βύβλου ὡς ἔμαθον τὰς πόλεις σφῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐχομένας, ἀπολιπόντες Αὐτοφραδάτην τε καὶ τὰς ξὺν αὐτῷ νέας, παρ' Ἀλέξανδρον ξὺν τῷ ναυτικῷ τῷ σφετέρῳ ἀφίκοντο καὶ αἱ τῶν Σιδωνίων τριήρεις σὺν αὐτοῖς, ὥστε Φοινίκων μὲν νῆες ὀγδοήκοντα μάλιστα αὐτῷ παρεγένοντο. (2) Ἦκον δὲ ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ ἐκ Ῥόδου τριήρεις ἥ τε περίπολος καλουμένη καὶ ξὺν ταύτῃ ἄλλαι ἐννέα, καὶ ἐκ Σόλων καὶ Μαλλοῦ τρεῖς καὶ Λυκίας δέκα, ἐκ Μακεδονίας δὲ πεντηκόντορος, ἐφ' ἧς Πρωτέας ὁ Ἀνδρονίκου ἐπέπλει. (3) Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ οἱ τῆς Κύπρου βασιλεῖς ἐς τὴν Σιδῶνα κατέσχον ναυσὶν ἑκατὸν μάλιστα καὶ εἴκοσιν, ἐπειδὴ τήν τε ἧσσαν τὴν κατ' Ἰσσὸν Δαρείου ἐπύθοντο καὶ ἡ Φοινίκη πᾶσα ἐχομένη ἤδη ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐφόβει αὐτούς.

ces fascesque quamplurimos capiant; ad hæc picem et sulphur aliaque ad excitandam ingentem flammam accommoda accumulant. (2) Præterea ad utrumque malum binas antennas extenderant, atque ex iis in lebetibus suspendunt quæcunque aut infusa aut immissa vehementer flammam augere possent. Dehinc saburram puppi imponunt, ut ejus pondere gravata puppis proram altius erigat. (3) Deinde observato vento qui aggerem versus spiraret, navim triremibus alligatam in mare protrahunt. Postquam vero moli turribusque appropinquarunt, immisso in materiem igne, quanta maxima vi possunt navim triremibus protrahentes ad molis caput impellunt. Ii qui in navi jam succensa erant facile enatarunt. (4) Interea ingens incendium turres comprehendit, et antennæ confractæ quæcunque ad augendum incendium præparata erant effundunt. Tyrii præterea, triremibus suis propius ad molem admotis, in turres ejaculabantur, ut non nisi cum periculo ad exstinguendum incendium propius accedi posset. (5) Quum itaque jam turres ignem concepissent, multi oppidanorum inscensis scaphis, diversis e partibus ad molem appulsi, vallo quod ante aggerem Macedones jecerant facile subverso, reliquis etiam machinis, quas navis incendium non attigerat, ignem immittunt. (6) Alexander latiorem in continente aggerem, qui plures turres capere posset moliri orsus machinarum fabros novas machinas struere jubet. Dum vero hæc conficiebantur, ipse cum scutatis et Agrianis in Sidonios movit, triremes nimirum quotquot jam habebat eo contracturus, quum difficilis admodum urbis expugnatio videretur, Tyriis mare tenentibus.

CAP. XX

Inter hæc Gerostratus Aradi, et Enylus Bybliorum rex, certiores facti urbes suas ab Alexandro captas, deserto Autophradate et navibus quas ducebat, ipsi cum sua quisque classe ad Alexandrum venerunt, unaque cum iis etiam Sidoniorum triremes, adeo ut Phœnicum naves octoginta circiter haberet. (2) Per eosdem dies etiam ex Rhodo triremes appulere, in quibus una peripolus dicta, et cum hac aliæ novem, ex Solis etiam et Mallo tres, ex Lycia decem, ex Macedonia quoque navis una quinquaginta remorum, cui præfectus erat Proteas Andronici filiūs. (3) Neque multo post etiam Cypri reges centum et viginti navibus Sidonem venerunt, clade quam Darius apud Issum acceperat audita, ea etiam re territi quod tota Phœnice in Alexandri potestatem venisset. Iis omnibus Alexander

Καὶ τούτοις πᾶσιν ἔδωκεν Ἀλέξανδρος ἄδειαν τῶν πρόσθεν, ὅτι ὑπ' ἀνάγκης μᾶλλόν τι ἢ κατὰ γνώμην τὴν σφῶν ἐδόκουν ξυνταχθῆναι τοῖς Πέρσαις ἐς τὸ ναυτικόν.

4. Ἐν ᾧ δὲ αἵ τε μηχαναὶ αὐτῷ ξυνεπήγνυντο καὶ αἱ νῆες ὡς εἰς ἐπίπλουν τε καὶ ναυμαχίας ἀπόπειραν ἐξηρτύοντο, ἐν τούτῳ δὲ ἀναλαβὼν τῶν τε ἱππέων ἴλας ἔστιν ἃς καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς Ἀγριᾶνάς τε καὶ τοὺς τοξότας ἐπ' Ἀραβίας στέλλεται εἰς τὸν Ἀντιλίβανον καλούμενον τὸ ὄρος· (5) καὶ τὰ μὲν βίᾳ τῶν ταύτῃ ἐξελών, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ παραστησάμενος ἐν δέκα ἡμέραις ἐπανῆγεν εἰς τὴν Σιδῶνα, καὶ καταλαμβάνει Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐκ Πελοποννήσου ἥκοντα καὶ ξὺν αὐτῷ μισθοφόρους Ἕλληνας ἐς τετρακισχιλίους.

6. Ὡς δὲ συνετέτακτο αὐτῷ τὸ ναυτικόν, ἐπιβιβάσας τοῖς καταστρώμασι τῶν ὑπασπιστῶν ὅσοι ἱκανοὶ ἐδόκουν ἐς τὸ ἔργον, εἰ μὴ διέκπλοις μᾶλλόν τι ἢ ἐν χερσὶν ἡ ναυμαχία γίγνοιτο, ἄρας ἐκ τῆς Σιδῶνος ἐπέπλει τῇ Τύρῳ ξυντεταγμέναις ταῖς ναυσὶν αὐτὸς μὲν κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας, ὃ δὴ ἐς τὸ πέλαγος αὐτῷ ἀνεῖχε, καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Κυπρίων βασιλεῖς καὶ ὅσοι Φοινίκων, πλὴν Πνυταγόρου· οὗτος δὲ καὶ Κράτερος τὸ εὐώνυμον κέρας εἶχον τῆς πάσης τάξεως. (7) Τοῖς δὲ Τυρίοις πρότερον μὲν ναυμαχεῖν ἐγνωσμένον ἦν, εἰ κατὰ θάλασσαν ἐπιπλέοι σφίσιν Ἀλέξανδρος, τότε δὲ πλῆθος νεῶν πολὺ ἀπροσδοκήτως κατιδόντες (οὐ γάρ πω πεπυσμένοι ἦσαν τάς τε Κυπρίων ναῦς καὶ τὰς Φοινίκων ξυμπάσας Ἀλέξανδρον ἔχοντα) (8) καὶ ἅμα ξυντεταγμένως τοῦ ἐπίπλου γιγνομένου (ὀλίγον γὰρ πρὶν προσσχεῖν τῇ πόλει ἀνεκώχευσαν ἔτι πελάγιαι αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ νῆες· ἔπειτα οὕτω ξυνταξάμενοι, ὡς οὐκ ἀντανήγοντο, πολλῷ τῷ ῥοθίῳ ἐπέπλεον), ταῦτα ὁρῶντες οἱ Τύριοι ναυμαχεῖν μὲν ἀπέγνωσαν· τριήρεσι δὲ ὅσας τῶν λιμένων τὰ στόματα ἐδέχοντο βύζην τὸν ἔσπλουν φραξάμενοι ἐφύλασσον, ὡς μὴ ἐς τῶν λιμένων τινὰ ἐγκαθορμισθῆναι τῶν πολεμίων τὸν στόλον.

9. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς οὐκ ἀντανήγοντο οἱ Τύριοι, ἐπέπλει τῇ πόλει· καὶ ἐς μὲν τὸν λιμένα τὸν πρὸς Σιδῶνος βιάζεσθαι ἀπέγνω διὰ στενότητα τοῦ στόματος καὶ ἅμα ἀντιπρῴροις τριήρεσι πολλαῖς ὁρῶν πεφραγμένον τὸν ἔσπλουν· τρεῖς δὲ τὰς ἐξωτάτω ἐφορμούσας τῷ στόματι τριήρεις προσπεσόντες οἱ Φοίνικες καὶ ἀντιπρῴροις ἐμβαλόντες καταδύουσιν· οἱ δὲ ἐν ταῖς ναυσὶν οὐ χαλεπῶς ἀπενήξαντο ἐς τὴν γῆν, φιλίαν οὖσαν. (10) Τότε μὲν δὴ οὐ πόῤῥω τοῦ ποιητοῦ χώματος κατὰ τὸν αἰγιαλόν, ἵνα σκέπη τῶν ἀνέμων ἐφαίνετο, οἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ ὡρμίσαντο. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τοὺς μὲν Κυπρίους ξὺν ταῖς σφετέραις ναυσὶ καὶ Ἀνδρομάχῳ τῷ ναυάρχῳ κατὰ τὸν λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα ἐκέλευσεν ἐφορμεῖν τῇ πόλει, τοὺς δὲ Φοίνικας κατὰ τὸν ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ χώματος τὸν πρὸς Αἴγυπτον ἀνέχοντα, ἵνα καὶ αὐτῷ ἡ σκηνὴ ἦν.

præterita errata ignovit, quod necessitate potius quam sua ipsorum voluntate classem cum Persis junxissent.

4. Interea vero dum et machinæ conficiuntur, et naves ad adnavigationem pariter et pugnam instruuntur, Alexander cum aliquot equitum turmis atque scutatis, Agrianis et sagittariis in Arabiam contendit, ad montem cui Antilibano nomen est. (5) Eaque regione partim vi subacta, partim pactionibus in suam potestatem redacta, decem dierum spatio Sidonem reversus est, ubi Cleandrum Polemocratis filium ex Peloponneso venientem, et cum eo Græcorum mercenariorum quatuor millia deprehendit.

6. Parata jam classe dispositisque ad tabulata navium scutatis qui apti ad pugnam viderentur, nisi navium irruptione potius quam manu navale prælium fieret, ex Sidone solvens, Tyrum instructa acie navigat. Ipse quidem ad dextrum cornu quod in mare extendebatur, unaque cum ipso Cypriorum reges, reliquique Phœnices, excepto Pnytagora. Nam hic et Craterus lævum totius aciei cornu tenebant. (7) At Tyrii initio navali prœlio decernere statuerant, si Alexander mari in eos classem duceret: postquam vero tantam navium vim præter omnem exspectationem adventare conspicati sunt (nondum enim audierant omnes et Cypriorum et Phœnicum naves ad Alexandrum confluxisse), (8) quumque eas instructa acie appellere cernerent, paullo enim ante quam urbi appropinquarent, naves quæ circa Alexandrum erant in alto subsistebant, Tyriisque obviam cum classe non prodeuntibus, ita in ordinem redactæ magno cum impetu adnavigabant) tum Tyrii navali prælio abstinendum sibi putarunt. Sed triremibus, quotquot portuum fauces capere poterant confertim aditum obstruentes, curabant ne in aliquem portuum classis hostium appellere posset.

9. Alexander, simulac Tyrios obviam ei non venire animadvertit, propius ad urbem navigat. Quumque in eum portum qui Sidonem vergit perrumpere posse diffideret, propter faucium angustias, quodque multis triremibus adversas proras ostendentibus aditus obstructus esset; tres tamen quæ ad extremas fauces positæ erant triremes, Phœnices occurrentes adversis proris demerserunt. Qui in navibus erant, facile in continentem quam amici tenebant enatarunt. (10) Tum Alexander haud procul ab aggere quem struxerat, classem ad littus, qua tutamen adversus ventos esset, adducit. Postero die Cyprios cum suis navibus et Andromacho iis præfecto ad portum qui Sidone venientes recipit, obsidere urbem jubet; Phœnices locat ad portum qui ultra aggerem erat et Ægyptum respiciebat, ubi et tabernaculum ipsius positum erat.

ΚΕΦ. ΚΑ΄.

Ἤδη δὲ καὶ μηχανοποιῶν αὐτῷ πολλῶν ἔκ τε Κύπρου καὶ Φοινίκης ἁπάσης συλλελεγμένων, μηχαναὶ πολλαὶ συμπεπηγμέναι ἦσαν, αἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χώματος, αἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἱππαγωγῶν νεῶν, ἃς ἐκ Σιδῶνος ἅμα οἷ ἐκόμισεν, αἱ δὲ ἐπὶ τῶν τριηρῶν ὅσαι αὐτῶν οὐ ταχυναυτοῦσαι ἦσαν. (2) Ὡς δὲ παρεσκεύαστο ἤδη ξύμπαντα, προσῆγον τὰς μηχανὰς κατά τε τὸ ποιητὸν χῶμα καὶ ἀπὸ τῶν νεῶν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τοῦ τείχους προσορμιζομένων τε καὶ ἀποπειρωμένων τοῦ τείχους.

3. Οἱ δὲ Τύριοι ἐπί τε τῶν ἐπάλξεων τῶν κατὰ τὸ χῶμα πύργους ξυλίνους ἐπέστησαν, ὡς ἀπομάχεσθαι ἀπ' αὐτῶν, καὶ εἴ πῃ ἄλλῃ αἱ μηχαναὶ προσήγοντο, βέλεσί τε ἠμύνοντο καὶ πυρφόροις οἰστοῖς ἔβαλλον αὐτὰς τὰς ναῦς, ὥστε φόβον παρέχειν τοῖς Μακεδόσι πελάζειν τῷ τείχει. (4) Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ τείχη κατὰ τὸ χῶμα τό τε ὕψος εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα πόδας καὶ ἐς πλάτος ξύμμετρον λίθοις μεγάλοις ἐν γύψῳ κειμένοις ξυμπεπηγότα. Ταῖς δὲ ἱππαγωγοῖς τε καὶ ταῖς τριήρεσι τῶν Μακεδόνων, ὅσαι τὰς μηχανὰς προσῆγον τῷ τείχει, καὶ ταύτῃ οὐκ εὔπορον ἐγίγνετο πελάζειν τῇ πόλει, ὅτι λίθοι πολλοὶ ἐς τὸ πέλαγος προβεβλημένοι ἐξεῖργον αὐτῶν τὴν ἐγγὺς προσβολήν. (5) Καὶ τούτους Ἀλέξανδρος ἔγνω ἐξελκύσαι ἐκ τῆς θαλάσσης· ἠνύετο δὲ χαλεπῶς τοῦτο τὸ ἔργον, οἷα δὴ ἀπὸ νεῶν καὶ οὐκ ἀπὸ γῆς βεβαίου γιγνόμενον, ἄλλως τε καὶ οἱ Τύριοι ναῦς καταφράξαντες παρὰ τὰς ἀγκύρας ἐπῆγον τῶν τριηρῶν καὶ ὑποτέμνοντες τὰς σχοίνους τῶν ἀγκυρῶν ἄπορον τὴν προσόρμισιν ταῖς πολεμίαις ναυσὶν ἐποίουν. (6) Ἀλέξανδρος δὲ τριακοντόρους πολλὰς ἐς τὸν αὐτὸν τρόπον φράξας ἐπέστησεν ἐγκαρσίας πρὸ τῶν ἀγκυρῶν, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἀναστέλλεσθαι τὸν ἐπίπλουν τῶν νεῶν. Ἀλλὰ καὶ ὣς ὕφαλοι κολυμβηταὶ τὰς σχοίνους αὐτοῖς ὑπέτεμνον. Οἱ δὲ ἁλύσεσιν εἰς τὰς ἀγκύρας ἀντὶ σχοίνων χρώμενοι, οἱ Μακεδόνες, καθίεσαν, ὥστε μηδὲν ἔτι πλέον τοῖς κολυμβηταῖς γίγνεσθαι. (7) Ἐξάπτοντες οὖν βρόχους τῶν λίθων ἀπὸ τοῦ χώματος ἀνέσπων αὐτοὺς ἔξω τῆς θαλάσσης· ἔπειτα μηχαναῖς μετεωρίσαντες κατὰ βάθους ἀφίεσαν, ἵνα οὐκέτι προβεβλημένοι βλάψειν ἔμελλον. Ὅπου δὲ καθαρὸν πεποίητο τῶν προβόλων τὸ τεῖχος, οὐ χαλεπῶς ἤδη ταύτῃ αἱ νῆες προσεῖχον.

8. Οἱ δὲ Τύριοι, πάντῃ ἄποροι γιγνόμενοι, ἔγνωσαν ἐπίπλουν ποιήσασθαι ταῖς Κυπρίαις ναυσίν, αἳ κατὰ τὸν λιμένα ἐφώρμουν τὸν ἐς Σιδῶνα τετραμμένον· ἐκ πολλοῦ δὴ καταπετάσαντες τοῦ λιμένος τὸ στόμα ἱστίοις, τοῦ μὴ καταφανῆ γενέσθαι τῶν τριηρῶν τὴν πλήρωσιν, ἀμφὶ μέσον ἡμέρας, ὁπότε οἵ τε ναῦται ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐσκεδασμένοι ἦσαν καὶ Ἀλέξανδρος ἐν τούτῳ μάλιστα ἀπὸ τοῦ ἐπὶ θάτερα τῆς πόλεως ναυτικοῦ ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀπεχώρει, (9) πληρώσαντες πεντήρεις μὲν τρεῖς καὶ τετρήρεις ἴσας, τριήρεις δὲ

CAP. XXI.

Multis interea ex Cypro totaque Phœnicia fabris collectis, machinæ permultæ confectæ erant, quarum aliæ in aggere collocatæ, aliæ hippagogis navibus quas secum Sidone advexerat, aliæ triremibus paullo tardioribus sunt impositæ. (2) Rebus omnibus ita præparatis, machinas adducunt in aggerem quem struxerant et in navibus, hic illic appellentes ad murum eumque explorantes.

3. Tyrii in suprema parte murorum qui aggeri oppositi erant, turres ligneas erexerunt, ut ex iis pugnarent, et siqua parte alia machinæ admovebantur, telis sese tuebantur, igniferaque missilia in ipsas naves conjiciebant, ut Macedonibus metum appropinquandi muris injicerent. (4) Erat autem murus aggeri oppositus cL summum pedes altus, latitudine altitudini respondente, et saxis ingentibus gypso inter se commissis. Hippagogæ vero naves et Macedonum triremes quæ machinas muro admoturæ erant, ne ipsæ quidem facile urbi appropinquare poterant, quod magna vis saxorum a Tyriis in mare projecta accessum prohibebat. (5) Alexander saxa e mari eximenda curavit. Quod quidem opus difficulter admodum, utpote e navibus, ubi pes firmiter ut in terra figi non poterat, præstabatur. Præterea Tyrii obtectis navibus ad triremium ancoras adlapsi, præcisis ancorarum funibus, omnem appellendi potestatem hostium navibus præripiebant. (6) Alexander complures naves triginta remorum eadem ratione obtegens, obliquas ancoris præstituit, ut Tyriarum navium accessum propulsarent. Cæterum nihilo secius urinatores occulto lapsu subeuntes, funes præscindebant. Macedones pro funibus ferreis catenis ancoras alligantes jaciunt, ut urinatores non amplius jam officere possent. (7) Saxa itaque laqueis implexa ab aggere e mari protrahunt : deinde ea machinis sublata in altum projiciunt, ubi conjecta non amplius incommodo esse poterant. Sublata hac saxorum strue, facile jam ad murum naves appellebantur.

8. At Tyrii in tanta rerum angustia constituti, Cyprias naves adoriri statuunt, quæ portum qui Sidonem spectat obsidebant; quumque multo antea ipsas portus fauces velis passis obtexissent, ne nimirum triremes milite complentes ab hostibus conspicerentur, sub meridiem, quo tempore et Macedonum nautæ necessariis rebus occupati dispersi erant, et Alexander ex classe, quæ ab altera urbis parte erat, in tabernaculum se contulerat, (9) instructis quinqueremibus tribus, quadriremibus totidem, et triremibus septem, præstantissimis remigibus et militibus delectis,

ἑπτὰ ὡς ἀκριβεστάτοις τε τοῖς πληρώμασι καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων μάχεσθαι μέλλουσιν εὐοπλοτάτοις καὶ ἅμα εὐθαρσεστάτοις ἐς τοὺς ναυτικοὺς ἀγῶνας, τὰ μὲν πρῶτα ἀτρέμα τῇ εἰρεσίᾳ ἐπὶ μιᾶς νεὼς ἐξέπλεον ἄνευ κελευστῶν τὰς κώπας παραφέροντες· ὡς δὲ ἐπέστρεφον ἤδη ἐπὶ τοὺς Κυπρίους καὶ ἐγγὺς τοῦ καθορᾶσθαι ἦσαν, τότε δὴ ξὺν βοῇ τε πολλῇ καὶ ἐγκελευσμῷ ἐς ἀλλήλους καὶ ἅμα τῇ εἰρεσίᾳ ξυντόνῳ ἐπεφέροντο.

qui ad pugnam ex tabulatis navium conserendam optime armati, et ad navalia certamina adeunda plus animi haberent : primo quidem singulæ lento remigio nulloque celeusmate edito prolabuntur. Postquam vero eo usque provecti sunt, ut jam a Cypriis cerni possent, tum ingenti clamore sublato, mutuoque celeusmate sese incitantes, concitato remigio in eorum naves feruntur.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ξυνέβη δὲ ἐκείνῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ Ἀλέξανδρον ἀποχωρῆσαι ἐπὶ τὴν σκηνήν, οὐ διατρίψαντα δὲ κατὰ τὸ εἰωθός, δι' ὀλίγου ἐπὶ τὰς ναῦς ἐπανελθεῖν. (2) Οἱ δὲ Τύριοι προσπεσόντες ἀπροσδοκήτως ταῖς ναυσὶν ὁρμούσαις, καὶ ταῖς μὲν πάντῃ κεναῖς ἐπιτυχόντες, τῶν δ' ὑπ' αὐτὴν τὴν βοὴν καὶ τὸν ἐπίπλουν χαλεπῶς ἐκ τῶν παρόντων πληρουμένων, τήν τε Πνυταγόρου τοῦ βασιλέως πεντήρη εὐθὺς ὑπὸ τῇ πρώτῃ ἐμβολῇ κατέδυσαν καὶ τὴν Ἀνδροκλέους τοῦ Ἀμαθουσίου καὶ τὴν Πασικράτους τοῦ Θουριέως, τὰς δὲ ἄλλας ἐς τὸν αἰγιαλὸν ἐξωθοῦντες ἔκοπτον.

3. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ᾔσθετο τὸν ἔκπλουν τῶν Τυρίων τριηρῶν, τὰς μὲν πολλὰς τῶν ξὺν αὐτῷ νεῶν, ὅπως ἑκάστη πληρωθείη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἀνακωχεύειν ἔταξεν, ὡς μὴ καὶ ἄλλαι ἐκπλεύσειαν τῶν Τυρίων νῆες· αὐτὸς δὲ πεντήρεις τε τὰς ξὺν αὐτῷ ἀναλαβὼν καὶ τῶν τριηρῶν ἐς πέντε μάλιστα, ὅσαι ἔφθησαν αὐτῷ κατὰ τάχος πληρωθεῖσαι, περιέπλει τὴν πόλιν ὡς ἐπὶ τοὺς ἐκπεπλευκότας τῶν Τυρίων. (4) Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους, τόν τε ἐπίπλουν τῶν πολεμίων κατιδόντες καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸν ἐπὶ τῶν νεῶν, βοῇ τε ἐπανάγειν ἐνεκελεύοντο τοῖς ἐκ τῶν σφετέρων νεῶν καὶ ὡς οὐκ ἐξακουστὸν ἦν ὑπὸ θορύβου ξυνεχομένων ἐν τῷ ἔργῳ, σημείοις ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπεκάλουν ἐς τὴν ἀναχώρησιν. Οἱ δὲ ὀψέ ποτε αἰσθόμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ὑποστρέψαντες ἐς τὸν λιμένα ἔφευγον. (5) Καὶ ὀλίγαι μὲν τῶν νεῶν φθάνουσιν ὑπεκφυγοῦσαι, ταῖς δὲ πλείοσιν ἐμβαλοῦσαι αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τὰς μὲν αὐτῶν ἄπλους ἐποίησαν, πεντήρης δέ τις καὶ τετρήρης αὐτῶν ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἐλήφθησαν. Φόνος δὲ τῶν ἐπιβατῶν οὐ πολὺς ἐγένετο. Ὡς γὰρ ᾔσθοντο ἐχομένας τὰς ναῦς, ἀπενήξαντο οὐ χαλεπῶς ἐς τὸν λιμένα.

6. Ὡς δὲ οὐδεμία ἔτι τοῖς Τυρίοις ἐκ τῶν νεῶν ὠφέλεια ἦν, ἐπῆγον ἤδη οἱ Μακεδόνες τὰς μηχανὰς τῷ τείχει αὐτῶν. Κατὰ μὲν δὴ τὸ χῶμα προσαγόμεναι διὰ ἰσχὺν τοῦ τείχους οὐδὲν ἤνυον ὅ τι καὶ λόγου ἄξιον· οἱ δὲ κατὰ τὸ πρὸς Σιδῶνα τετραμμένον τῆς πόλεως τῶν νεῶν τινας τῶν μηχανοφόρων προσῆγον. (7) Ὡς δὲ οὐδὲ ταύτῃ ἤνυεν, ἐς τὸ πρὸς νότον αὖ ἄνεμον καὶ πρὸς Αἴγυπτον ἀνέχον τεῖχος μετῄει, πάντῃ ἀποπει-

CAP. XXII.

Accidit porro eo die ut Alexander qui in tabernaculum concesserat, minorem solito ibi moram faceret, cito ad naves reversus. (2) Tyrii, naves in statione agentes ex improviso adorti, quum aliæ prorsus vacuæ essent, aliæ in ipso clamore atque impetu non bene instructæ, Pnytagoræ regis quinqueremem et Androclis Amathusii et Pasicratis Thurieinsis primo statim insultu demergunt, reliquas in littus propulsas confregerunt.

3. Alexander cognita Tyriarum triremium excursione, confestim naves plurimas quæ sibi aderant, prout quæque instructa erat, ad fauces portus stare jubet, ut reliquis Tyriorum navibus prodeundi potestatem præcluderent. Ipse cum quinqueremibus quas habebat, et triremibus summum quinque celeriter instructis, urbem circum navigans, ad Tyrios portu egressos contendit. (4) Oppidani id ex muro conspicati, ipsumque Alexandrum in navibus præsentem esse, clamore redire suos hortabantur, quum clamor ob tumultum eorum qui in illo conflictu versabantur exaudiri non posset, aliis atque aliis indiciis ut sese reciperent significabant. Illi Alexandri incursu serius intellecto, velis versis portum petunt. (5) Paucæ tamen naves fuga evaserunt; nam Alexandri naves in earum plerasque invectæ, nonnullas ad navigandum inutiles reddidere : quinqueremem vero unam et quadriremem ad ipsa portus ostia ceperunt. Propugnatorum cædes haud magna fuit, quoniam simulac captas naves senserant, facile in portum nando evaserunt.

6. Macedones, quum jam nullus Tyriis navium usus superesset, tormenta muris admovere. Quæ quidem ab aggeris parte admota ob muri firmitatem parum damni inferebant. Alii vero, ea parte urbis quæ Sidonem spectat, nonnullas naves machinas portantes admoverunt. (7) Sed quum ne hic quidem proficeretur, ad murum qui meridiem versus est atque Ægyptum spectat, se contulit, omni

ρώμενος τοῦ ἔργου. Καὶ ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τε τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα καί τι καὶ κατηρείφθη αὐτοῦ παραῤῥαγέν. Τότε μὲν ὅσον ἐπιβαλὼν γεφύρας ᾗ ἐρήριπτο τοῦ τείχους, ἀπεπειράθη ἐς ὀλίγον τῆς προσβολῆς· καὶ οἱ Τύριοι οὐ χαλεπῶς ἀπεκρούσαντο τοὺς Μακεδόνας.

ex parte oppugnationem tentans. Atque hac primum et late quassatus est murus, et aliqua pars etiam perfracta dirutaque est. Tum injectis pontibus ea parte qua murum demolitus erat urbem oppugnare tantisper tentavit; sed Tyrii non magno negotio Macedones repulerunt.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Καὶ ταῦτα οἱ ἐν τοῖς Βαζίροις ὡς ἔμαθον, ἀπογνόντες τὰ σφέτερα πράγματα ἀμφὶ μέσας νύκτας τὴν πόλιν ἐκλείπουσιν. Ὡς δὲ καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι ἔπραττον· ἀπολιπόντες τὰς πόλεις ξύμπαντες ἔφευγον ἐς τὴν πέτραν τὴν ἐν τῇ χώρᾳ τὴν Ἄορνον καλουμένην. Μέγα γάρ τι τοῦτο χρῆμα πέτρας ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐστί, καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἁλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν. (2) Εἰ μὲν δὴ καὶ ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο ὁ Ἡρακλῆς ὁ Θηβαῖος ἢ ὁ Τύριος ἢ

Alexandro nuntiata sunt, eadem nocte colle in quo constiterant copiis suis circumsesso, omnes ad internecionem cecidit : urbemque propugnatoribus vacuam protinus vi capit, in eaque Assaceni matrem et filiam. Ab Alexandri partibus xxv tantum in universa obsidione desiderati.

5. Exinde Cœnum Bazira mittit, ratus oppidanos, Assacenorum expugnatione audita deditionem facturos. Attalum vero et Alcetam ac Demetrium equitatus præfectum ad Ora oppidum mittit, utque urbem muro in orbem ducto intercludant, tantisper dum ipse advenerit, jubet. (6) Oppidani in Alcetam excursionem faciunt : quos Macedones facile repulsos atque in urbem rejectos muris clauserunt. At Cœno Bazirensium obsidio non statim ex sententia successit. Siquidem oppidani loci munitione freti (erat enim urbs et excelso loco sita, et valido muro omni ex parte cincta) nullam deditionis significationem edebant.

7. Quo cognito, Alexander confestim Bazira versus movere cœpit : quum vero accepisset nonnullos barbarorum finitimorum in Ora urbem clam se immissuros, ab Abisaro ad id missos, primum Ora cum exercitu petit : Cœnum vero apud Bazira munitam arcem exstruere, præsidioque in ea relicto, quod oppidanis agri usum impedire posset, reliquum exercitum ad se ducere jubet. (8) Bazirenses Cœnum cum maxima copiarum parte decessisse conspicati, contempta Macedonum qui relicti erant paucitate, in planitiem excurrunt. Acrisque inter eos conflictus fit : quingentis barbaris ea pugna cæsis, vivis supra septuaginta captis : reliqui in urbem repulsi, acrius deinceps ab excursione in agrum, ab iis qui in arce ex adverso murorum exstructa erant, arcebantur. (9) Neque vero laboriosa Alexandro Ororum obsidio fuit. Primo enim impetu in muros facto urbem expugnavit et elephantos qui ibi relicti erant cepit.

CAP. XXVIII.

Bazirenses Ororum expugnatione audita viribus suis diffisi sub mediam noctem urbem deserunt, Quod et reliqui barbari imitati sunt. Omnes enim desertis oppidis in petram hujus tractus sese receperunt, quam Aornum vocant. Ingens porro erat hæc petra ejus regionis munimentum, famaque est, ne ab ipso quidem Hercule ab Jove sato expugnari eam potuisse. (2) Ego vero an Hercules Thebanus aut Tyrius aut Ægyptius ad Indos penetrarit, nihil

ὁ Αἰγύπτιος, ἐς οὐδέτερα ἔχω ἰσχυρίσασθαι· μᾶλλον δὲ δοκῶ ὅτι οὐκ ἀφίκετο, ἀλλὰ πάντα γὰρ ὅσα χαλεπὰ οἱ ἄνθρωποι ἐς τοσόνδε ἄρα αὔξουσιν αὐτῶν τὴν χαλεπότητα ὡς καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἂν ἄπορα γενέσθαι μυθεύειν. Κἀγὼ ὑπὲρ τῆς πέτρας ταύτης οὕτω γινώσκω, τὸν Ἡρακλέα ἐς κόμπον τοῦ λόγου ἐπιφημίζεσθαι. (3) Τὸν μὲν δὴ κύκλον τῆς πέτρας λέγουσιν ἐς διακοσίους σταδίους μάλιστα εἶναι, ὕψος δὲ αὐτῆς, ἵναπερ χθαμαλώτατον, σταδίων ἕνδεκα, καὶ ἀνάβασιν χειροποίητον μίαν χαλεπήν· εἶναι δὲ καὶ ὕδωρ ἐν ἄκρᾳ τῇ πέτρᾳ πολὺ καὶ καθαρόν, πηγὴν ἀνίσχουσαν, ὡς καὶ ἀποῤῥεῖν ἀπὸ τῆς πηγῆς ὕδωρ, καὶ ὕλην καὶ γῆν ἀγαθὴν ἐργάσιμον ὅσην καὶ χιλίοις ἀνθρώποις ἀποχρῶσαν ἂν εἶναι ἐργάζεσθαι.

4. Καὶ ταῦτα ἀκούοντα Ἀλέξανδρον πόθος λαμβάνει ἐξελεῖν καὶ τοῦτο τὸ ὄρος, οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῷ ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα μύθῳ πεφημισμένῳ. Τὰ μὲν δὴ Ὧρα καὶ τὰ Μάσσαγα φρούρια ἐποίησεν ἐπὶ τῇ χώρᾳ· τὰ Βάζιρα δὲ πόλιν ἐξετείχισε. (5) Καὶ οἱ ἀμφὶ Ἡφαιστίωνά τε καὶ Περδίκκαν αὐτῷ ἄλλην πόλιν ἐκτειχίσαντες (Ὀροβάτις ὄνομα τῇ πόλει ἦν), καὶ φρουρὰν καταλιπόντες ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ᾔεσαν· ὡς δὲ ἀφίκοντο, ἔπρασσον ἤδη ὅσα ἐς τὸ ζεῦξαι τὸν Ἰνδὸν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐτέτακτο.

6. Ἀλέξανδρος δὲ τῆς μὲν χώρας τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ σατράπην κατέστησε Νικάνορα τῶν ἑταίρων. Αὐτὸς δὲ τὰ μὲν πρῶτα ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἦγε, καὶ πόλιν τε Πευκελαῶτιν οὐ πόῤῥω τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένην ὁμολογίᾳ παρεστήσατο καὶ ἐν αὐτῇ φρουρὰν καταστήσας τῶν Μακεδόνων καὶ Φίλιππον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ ἡγεμόνα, ὁ δὲ καὶ ἄλλα προσηγάγετο μικρὰ πολίσματα πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ ᾠκισμένα. Ξυνείποντο δὲ αὐτῷ Κωφαῖός τε καὶ Ἀσσαγέτης οἱ ὕπαρχοι τῆς χώρας. (7) Ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἐμβόλιμα πόλιν, ἣ ξύνεγγυς τῆς πέτρας τῆς Ἀόρνου ᾤκεῖτο, Κράτερον μὲν ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς καταλείπει αὐτοῦ, σῖτόν τε ἐς τὴν πόλιν ὡς πλεῖστον ξυνάγειν καὶ ὅσα ἄλλα ἐς χρόνιον τριβήν, ὡς ἐντεῦθεν ὁρμωμένους τοὺς Μακεδόνας χρονίῳ πολιορκίᾳ ἐκτρυχῶσαι τοὺς κατέχοντας τὴν πέτραν, εἰ μὴ ἐξ ἐφόδου ληφθείη. (8) Αὐτὸς δὲ τοὺς τοξότας τε ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὴν Κοίνου τάξιν καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης φάλαγγος ἐπιλέξας τοὺς κουφοτάτους τε καὶ ἅμα εὐοπλοτάτους καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ἐς διακοσίους καὶ ἱπποτοξότας ἐς ἑκατὸν προσῆγε τῇ πέτρᾳ. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ κατεστρατοπεδεύσατο ἵνα ἐπιτήδειον αὐτῷ ἐφαίνετο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὀλίγον προελθὼν ὡς πρὸς τὴν πέτραν αὖθις ἐστρατοπεδεύσατο.

habeo quod affirmare possim : potius tamen non eo penetrasse (omnia enim quæ difficilia sunt homines ut difficiliora esse videantur Herculem ipsum præstare nequivisse comminiscuntur), verum esse crediderim. Equidem de hac petra ita sentio, augendæ rei causa Herculis nomen adhibitum esse. (3) Ambitum hujus petræ cc stadiorum esse aiunt : altitudinem, qua humillima est, stadiorum xi ; uno tantum arduo calle, eoque manu facto, adiri posse. Multam etiam eamque purissimam in vertice petræ aquam e fonte edi indeque defluere : silvam etiam habere tantumque arabilis et fertilis agri, quantum mille homines colere possint.

4. Quibus cognitis Alexandrum magno ejus montis capiendi desiderio captum fuisse. Neque parum fabula illa de Hercule vulgata illum accendit. Itaque Oris et Massagis ad regionis præsidium firmatis, Baziræ muros exstruxit. (5) Hephæstion interea et Perdiccas alia urbe Alexandri jussu instaurata (Orobatis urbi nomen erat) et relicto ibidem præsidio, ad Indum flumen moverunt. Quo ubi venerunt, omnia quæ de ponte jungendo Alexander imperarat faciunt.

6. Regioni cis Indum sitæ Alexander ex amicis Nicanorem satrapam constituit. Ipse primum ad Indum flumen movit, urbemque Peucelaotim haud procul ab amne sitam deditione recepit, præsidioque Macedonum imposito Philippoque ei præfecto multa præterea ignobilia oppida ad Indum amnem sita subegit, comitantibus eum Cophæo et Assagete præsidibus provinciæ. (7) Postquam vero Embolima venit, quæ urbs non procul a petra Aorno sita est, Craterum cum parte exercitus ibi relinquit, utque frumentum quantum posset aliaque necessaria ad longi temporis moram ibi faciendam in urbem convehat jubet, ut inde progressi Macedones, diuturna obsidione eos qui petram tenebant conficerent, si primo impetu capi non posset. (8) Ipse assumptis sagittariis atque Agrianis Cœnique agmine et ex reliqua phalange delectis iis qui et expeditiores et melius armati essent, præterea ex equitatu amicorum ducentis ac sagittariis equestribus centum, exercitum ad petram admovit. Ac primo quidem die castra commodo loco ponit. Postero die propius ad petram rursum castra locat.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Καὶ ἐν τούτῳ ἧκον παρ' αὐτὸν τῶν προσχώρων τινές, σφᾶς τε αὐτοὺς ἐνδιδόντες καὶ ἡγήσασθαι φάσκοντες ἐς τῆς πέτρας τὸ ἐπιμαχώτατον, ὅθεν οὐ χαλεπὸν αὐτῷ ἔσεσθαι ἑλεῖν τὸ χωρίον. Καὶ ξὺν τούτοις πέμπει Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα, τούς τε Ἀγριᾶνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐπιλέκτους, προστάξας, ἐπειδὰν καταλάβῃ τὸ χωρίον, κατέχειν μὲν αὐτὸ ἰσχυρᾷ φυλακῇ, οἷ δὲ σημαίνειν ὅτι ἔχεται. (2) Καὶ Πτολεμαῖος ἐλθὼν ὁδὸν τραχεῖάν τε καὶ δύσπορον λανθάνει τοὺς βαρβάρους κατασχὼν τὸν τόπον· καὶ τοῦτον χάρακι ἐν κύκλῳ καὶ τάφρῳ ὀχυρώσας πυρσὸν αἴρει ἀπὸ τοῦ ὄρους ἔνθεν ὀφθήσεσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἔμελλε. Καὶ ὤφθη τε ἅμα ἡ φλὸξ καὶ Ἀλέξανδρος ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν· ἀμυνομένων δὲ τῶν βαρβάρων οὐδὲν πλέον αὐτῷ ὑπὸ δυσχωρίας ἐγίγνετο. (3) Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἄπορον τὴν προσβολὴν κατέμαθον οἱ βάρβαροι, ἀναστρέψαντες τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον αὐτοὶ προσέβαλλον· καὶ γίγνεται αὐτῶν τε καὶ τῶν Μακεδόνων μάχη καρτερά, τῶν μὲν διασπάσαι τὸν χάρακα σπουδὴν ποιουμένων, τῶν Ἰνδῶν, Πτολεμαίου δὲ διαφυλάξαι τὸ χωρίον· καὶ μεῖον σχόντες οἱ βάρβαροι ἐν τῷ ἀκροβολισμῷ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἀνεχώρησαν.

4. Ἀλέξανδρος δὲ τῶν Ἰνδῶν τινὰ τῶν αὐτομόλων, πιστόν τε ἄλλως καὶ τῶν χωρίων δαήμονα, ἐπιλεξάμενος πέμπει παρὰ Πτολεμαῖον τῆς νυκτός, γράμματα φέροντα τὸν Ἰνδόν, ἵνα ἐγέγραπτο, ἐπειδὰν αὐτὸς προσβάλῃ τῇ πέτρᾳ, τὸν δὲ ἐπιέναι τοῖς βαρβάροις κατὰ τὸ ὄρος, μηδὲ ἀγαπᾶν ἐν φυλακῇ ἔχοντα τὸ χωρίον, ὡς ἀμφοτέρωθεν βαλλομένους τοὺς Ἰνδοὺς ἀμφιβόλους γίγνεσθαι. (5) Καὶ αὐτὸς ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἄρας ἐκ τοῦ στρατοπέδου προσῆγε τὴν στρατιὰν κατὰ τὴν πρόσβασιν ᾗ Πτολεμαῖος λαθὼν ἀνέβη, γνώμην ποιούμενος ὡς εἰ ταύτῃ βιασάμενος ξυμμίξει τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον, οὐ χαλεπὸν ἔτι ἐσόμενον αὐτῷ τὸ ἔργον. Καὶ ξυνέβη οὕτως. (6) Ἔστε μὲν γὰρ ἐπὶ μεσημβρίαν ξυνειστήκει καρτερὰ μάχη τοῖς τε Ἰνδοῖς καὶ τοῖς Μακεδόσι, τῶν μὲν ἐκβιαζομένων ἐς τὴν πρόσβασιν, τῶν δὲ βαλλόντων ἀνιόντας· ὡς δὲ οὐκ ἀνίεσαν οἱ Μακεδόνες, ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ἐπιόντες, οἱ δὲ πρόσθεν ἀναπαυόμενοι, μόγις δὴ ἀμφὶ δείλην ἐκράτησαν τῆς παρόδου καὶ ξυνέμιξαν τοῖς ξὺν Πτολεμαίῳ. Ἐκεῖθεν δὲ ὁμοῦ ἤδη γενομένη ἡ στρατιὰ πᾶσα ἐπήγετο αὖθις ὡς ἐπ' αὐτὴν τὴν πέτραν· ἀλλὰ γὰρ ἔτι ἄπορος ἦν αὕτη ἡ προσβολή. Ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦτο τὸ τέλος γίγνεται.

7. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω παραγγέλλει στρατιώτῃ ἑκάστῳ κόπτειν χάρακας ἑκατὸν κατ' ἄνδρα. Καὶ οὗτοι κεκομμένοι ἦσαν, καὶ αὐτὸς ἐχώννυεν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ λόφου ἵνα ἐστρατοπεδευκότες ἦσαν ὡς ἐπὶ τὴν πέτραν χῶμα μέγα, ἔνθεν τοξεύματά τε ἂν ἐξικνεῖσθαι ἐς τοὺς προμαχομένους δυνατὰ αὐτῷ ἐφαίνετο

CAP. XXIX.

Interea finitimorum nonnulli ad eum venerunt deditionem facientes, viamque sese ostensuros dicentes, qua commodior petræ oppugnatio futura esset, parvoque negotio capi posset. Cum his Ptolemæum Lagi filium corporis custodem mittit, Agrianos secum ducentem aliosque levis armaturæ et scutatorum lectissimos quosque jubens, ut quum oppidum occupasset, firmo id præsidio muniret, utque occupati loci significationem aliquam ederet. (2) Ptolemæus via ardua atque difficili contendens non sentientibus barbaris in verticem evadit, et loco in orbem vallo ac fossa communito facem accensam ab ea parte montis qua conspici ab Alexandro posset tollit. Alexander conspecto flammæ splendore postridie exercitum admovit. At Barbaris acriter sese tuentibus, nihil tum ob locorum asperitatem effecit. (3) Quum vero barbari animadverterent Alexandrum ab ea parte frustra niti, in Ptolemæum conversi feruntur. Atrox ibi cum Macedonibus pugna miscetur, Indis quidem vallum rescindere nitentibus, Ptolemæo omnibus viribus locum tutante. Demum barbari Macedonum velitari conflictu male excepti nocte interveniente retrocedunt.

4. Alexander interea Indum quendam transfugam, fidum et locorum peritum, noctu cum literis ad Ptolemæum mittit. Quibus monet, ut quum ipse petram adoriretur, Ptolemæus eodem tempore ex monte impetum in hostes faceret, neque in præsidio se continere contentus esset, ut utrinque petiti barbari in ambiguo versarentur. (5) Ipse prima luce castris motis exercitum ad eam partem ducit, qua Ptolemæus clam hostibus montem conscenderat, ita secum statuens, si impetu facto illac se cum Ptolemæo conjungere posset, non ita difficile negotium ei futurum. Quod quidem ita evenit. (6) Nam ad meridiem usque acre inter Indos et Macedones certamen fuit, his quidem conscendere nitentibus, illis subeuntes propulsantibus. Quum vero Macedones non desisterent alii aliis succedere, prioresque interim a labore reficerentur, vix ante noctem transitu potiti sese cum Ptolemæo conjunxerunt. Exinde quum jam omnes copiæ una essent, rursus petram adoriuntur. Sed ne hac quidem ratione petra subiri potuit. Atque ita dies ille consumptus est.

7. Sub lucem milites singulos centum palos cædere jubet. Quibus comportatis ingentem aggerem a summo colle in quo castra locarat ad petram molitur, unde et sagittæ et tela machinis excussa ad hostes pertingere possent: uni-

καὶ ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα· καὶ ἐχώννυον αὐτὸ πᾶς τις ἀντιλαμβανόμενος τοῦ ἔργου· καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει θεατὴς καὶ ἐπαινέτης τοῦ ξὺν προθυμίᾳ περαινομένου, κολαστὴς δὲ τοῦ ἐν τῷ παραχρῆμα ἐκλιποῦς.

versoque exercitu ad opus intento, ipse et spectator et laudator adstabat, eos quidem qui magna contentione opus promovebant collaudans: segniores vero castigans.

ΚΕΦ. Λ'.

Τῇ μὲν δὴ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὡς ἐπὶ στάδιον ἔχωσεν αὐτῷ ὁ στρατός. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν οἵ τε σφενδονῆται σφενδονῶντες ἐς τοὺς Ἰνδοὺς ἐκ τοῦ ἤδη κεχωσμένου καὶ ἀπὸ τῶν μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα ἀνέστελλε τῶν Ἰνδῶν τὰς ἐκδρομὰς τὰς ἐπὶ τοὺς χωννύοντας. Καὶ ἐχώννυτο αὐτῷ ἐς τρεῖς ἡμέρας ξυνεχῶς τὸ χωρίον. Τῇ τετάρτῃ δὲ βιασάμενοι τῶν Μακεδόνων οὐ πολλοὶ κατέσχον ὀλίγον γήλοφον ἰσόπεδον τῇ πέτρᾳ· καὶ Ἀλέξανδρος οὐδέν τι ἐλινύων ἐπῆγε τὸ χῶμα, ξυνάψαι ἐθέλων τὸ χωννύμενον τῷ γηλόφῳ ὅντινα οἱ ὀλίγοι αὐτῷ ἤδη κατεῖχον.

2. Οἱ δὲ Ἰνδοὶ πρός τε τὴν ἀδιήγητον τόλμαν τῶν ἐς τὸν γήλοφον βιασαμένων Μακεδόνων ἐκπλαγέντες καὶ τὸ χῶμα ξυνάπτον ἤδη ὁρῶντες, τοῦ μὲν ἀπομάχεσθαι ἔτι ἀπείχοντο· πέμψαντες δὲ κήρυκα σφῶν παρ' Ἀλέξανδρον ἐθέλειν ἔφασκον ἐνδοῦναι τὴν πέτραν, εἴ σφισι σπένδοιτο. Γνώμην δὲ πεποίηντο ἐν τῷ ἔτι διαμέλλοντι τῶν σπονδῶν διαγαγόντες τὴν ἡμέραν νυκτὸς ὡς ἕκαστοι διασκεδάννυσθαι ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη. (3) Καὶ τοῦτο ὡς ἐπύθετο Ἀλέξανδρος, ἐνδίδωσιν αὐτοῖς χρόνον τε ἐς τὴν ἀποχώρησιν καὶ τῆς φυλακῆς τὴν κύκλωσιν τὴν πάντῃ ἀφελεῖν. Καὶ αὐτὸς ἔμενεν ἔστε ἤρξαντο τῆς ἀποχωρήσεως· καὶ ἐν τούτῳ ἀναλαβὼν τῶν σωματοφυλάκων καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐς ἑπτακοσίους κατὰ τὸ ἐκλελειμμένον τῆς πέτρας ἀνέρχεται ἐς αὐτὴν πρῶτος, καὶ οἱ Μακεδόνες ἄλλος ἄλλῃ ἀνιμῶντες ἀλλήλους ἀνῄεσαν. (4) Καὶ οὗτοι ἐπὶ τοὺς ἀποχωροῦντας τῶν βαρβάρων τραπόμενοι ἀπὸ ξυνθήματος, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ ἀπέκτειναν· οἱ δὲ καὶ πεφοβημένως ἀποχωροῦντες κατὰ τῶν κρημνῶν ῥίψαντες σφᾶς ἀπέθανον. Εἴχετό τε Ἀλεξάνδρῳ ἡ πέτρα ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἄπορος γενομένη, καὶ ἔθυεν ἐπ' αὐτῇ Ἀλέξανδρος καὶ κατεσκεύασε φρούριον, παραδοὺς Σισικόττῳ ἐπιμελεῖσθαι τῆς φρουρᾶς, ὃς ἐξ Ἰνδῶν μὲν πάλαι ηὐτομολήκει ἐς Βάκτρα παρὰ Βῆσσον, Ἀλεξάνδρου δὲ κατασχόντος τὴν χώραν τὴν Βακτρίαν ξυνεστράτευέ τε αὐτῷ καὶ πιστὸς ἐς τὰ μάλιστα ἐφαίνετο.

5. Ἄρας δὲ ἐκ τῆς πέτρας ἐς τὴν τῶν Ἀσσακηνῶν χώραν ἐμβάλλει. Τὸν γὰρ ἀδελφὸν τὸν Ἀσσακηνοῦ ἐξηγγέλλετο τούς τε ἐλέφαντας ἔχοντα καὶ τῶν προσχώρων βαρβάρων πολλοὺς ξυμπεφευγέναι ἐς τὰ ταύτῃ ὄρη. (6) Καὶ ἀφικόμενος ἐς Δύρτα πόλιν, τῶν μὲν ἐνοικούντων οὐδένα καταλαμβάνει οὐδὲ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν Νέαρχόν τε καὶ

CAP. XXX.

Ac primo quidem die exercitus in stadii longitudinem aggerem perduxit. Postero die funditores per aggeris partem jam perfectam dispositi et tela machinis excussa facile Indorum in eos qui aggerem struebant excursiones represserunt. Atque ita triduum in struendo indesinenter aggere consumpsit. Quarto die quum Macedones aliquot collem quendam petræ oppositum, æqualis cum ea altitudinis, cepissent, Alexander confestim aggerem ad eum collem quem pauci suorum jam tenebant continuare statuit.

2. Barbari ob incredibilem Macedonum qui collem illum superarant audaciam attoniti, aggeremque jam ad collem perductum conspicati, a defensione desistunt, missoque ad Alexandrum caduceatore spondent sese, si pacisci cum iis velit, petræ deditionem facturos. Consilium vero ipsorum erat, ut totum illum diem pactionibus faciendis transigentes, noctu sese quisque in domos suas reciperent. (3) Quo cognito Alexander tempus satis amplum iis ad discedendum concessit, omni præsidio per circuitum amoto. Ipseque ibi tantisper dum discedere inciperent mansit. Posthæc assumtis ex custodibus corporis et scutatis DCC, primus in desertam ab hostibus petram conscendit. Macedones quoque, alius alia sese mutuo subtrahentes, eodem ascenderunt. (4) Exinde in recedentes barbaros signo dato conversi multos in fuga interfecerunt. Nonnulli eorum trepide fugientes, per præcipitia delapsi perierunt. Alexander potitus petra, quam ne Hercules quidem ipse superare potuerat, sacrificio in ea facto, præsidium imposuit, eique Sisicottum præfecit, qui multo ante ex Indis Bactra ad Bessum transfugerat, et postquam Alexander Bactrianorum regionem subjugarat, conjunctis cum eo copiis fidelem imprimis ei operam navarat.

5. Alexander e petra in Assacenorum regionem movit. Assaceni enim fratrem cum elephantis et finitimorum barbarorum non exigua manu in illius regionis montes confugisse acceperat. (6) Quumque ad urbem Dyrtam pervenisset, neminem incolarum aut in ea aut in vicina regione reperit. Postero autem die Nearchum et Antiochum, quorum uterque mille scutatis præfectus erat, emittit. Ac Nearcho

Ἀντίοχον τοὺς χιλιάρχους τῶν ὑπασπιστῶν ἐκπέμπει· καὶ Νεάρχῳ μὲν τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ψιλοὺς ἄγειν ἔδωκεν, Ἀντιόχῳ δὲ τήν τε αὑτοῦ χιλιαρχίαν καὶ δύο ἐπὶ ταύτῃ ἄλλας. Ἐστέλλοντο δὲ τά τε χωρία κατοψόμενοι καὶ εἴ πού τινας τῶν βαρβάρων ξυλλαβεῖν ἐς ἔλεγχον τῶν κατὰ τὴν χώραν, τῶν τε ἄλλων καὶ μάλιστα δὴ τὰ ἀμφὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔμελεν αὐτῷ μαθεῖν.

7. Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἤδη ἦγε, καὶ ἡ στρατιὰ αὐτῷ ὡδοποιεῖτο πρόσω ἰοῦσα ἄπορα ἄλλως ὄντα τὰ ταύτῃ χωρία. Ἐνταῦθα ξυλλαμβάνει ὀλίγους τῶν βαρβάρων, καὶ παρὰ τούτων ἔμαθεν ὅτι οἱ μὲν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰνδοὶ παρὰ Ἀβισάρη ἀποπεφευγότες εἶεν, τοὺς ἐλέφαντας δὲ ὅτι αὐτοῦ κατέλιπον νέμεσθαι πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ· καὶ τούτους ἡγήσασθαί οἱ τὴν ὁδὸν ἐκέλευσεν ὡς ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας. (8) Εἰσὶ δὲ Ἰνδῶν πολλοὶ κυνηγέται τῶν ἐλεφάντων, καὶ τούτους σπουδῇ ἀμφ' αὑτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος, καὶ τότε ἐθήρα ξὺν τούτοις τοὺς ἐλέφαντας· καὶ δύο μὲν αὐτῶν ἀπόλλυνται κατὰ κρημνοῦ σφᾶς ῥίψαντες ἐν τῇ διώξει, οἱ δὲ ἄλλοι ξυλληφθέντες ἔφερόν τε τοὺς ἀμβάτας καὶ τῇ στρατιᾷ ξυνετάσσοντο. (9) Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕλῃ ἐργασίμῳ ἐνέτυχε παρὰ τὸν ποταμόν, καὶ αὕτη ἐκόπη αὐτῷ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς καὶ ναῦς ἐποιήθησαν. Καὶ αὗται κατὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἤγοντο ὡς ἐπὶ τὴν γέφυραν ἥντινα Ἡφαιστίων καὶ Περδίκκας αὐτῷ ἐξῳκοδομηκότες πάλαι ἦσαν.

quidem Agrianos et alios levis armaturæ, Antiocho ad mille scutatos quos ducebat alia duo millia adjungit. Hos speculatum in illa loca mittit, et an forte nonnullos ex barbaris comprehendere possint, e quibus cum alia ad regionis notitiam pertinentia tum de elephantis cognoscerent.

7. Ipse ad Indum flumen pergit : exercitu qui viam faceret præmisso. Neque enim aliter ea loca transiri possunt. Eo loci barbaris nonnullis captis certior factus est Indos ejus regionis ad Abisarem confugisse. Elephantos in pascuis apud Indum amnem relictos esse. Quo cognito ut se ad eum locum ubi elephanti erant ducant jubet. (8) Sunt autem Indorum multi elephantorum venatores, et ob id Alexander hos apud se caros habebat. Ac tum quidem cum his elephantos venatus est. Duo inter persequendum e præcipitiis lapsi perierunt : reliqui capti admissis sessoribus exercitui admoti sunt. (9) Silvam quoque cæduam apud flumen nactus ab exercitu cædi navesque ædificari jussit, quibus in Indum flumen subductis, ad pontem quem jam multo ante Hephæstion et Perdiccas construxerant, vectus est.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α'.

Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἥντινα μεταξὺ τοῦ τε Κωφῆνος καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐπῆλθεν Ἀλέξανδρος, καὶ Νῦσαν πόλιν ᾠκίσθαι λέγουσι· τὸ δὲ κτίσμα εἶναι Διονύσου· (2) Διόνυσον δὲ κτίσαι τὴν Νῦσαν ἐπεί τε Ἰνδοὺς ἐχειρώσατο, ὅστις δὴ οὗτος ὁ Διόνυσος καὶ ὁπότε ἢ ὅθεν ἐπ' Ἰνδοὺς ἐστράτευσεν· οὐ γὰρ ἔχω συμβαλεῖν εἰ ὁ Θηβαῖος Διόνυσος ἐκ Θηβῶν ἢ καὶ ἐκ Τμώλου τοῦ Λυδίου ὁρμηθεὶς ἐπ' Ἰνδοὺς ἧκε στρατιὰν ἄγων, τοσαῦτα μὲν ἔθνη μάχιμα καὶ ἄγνωστα τοῖς τότε Ἕλλησιν ἐπελθών, οὐδὲν δὲ αὐτῶν ἄλλο ὅτι μὴ τὸ Ἰνδῶν βίᾳ χειρωσάμενος· πλήν γε δὴ ὅτι οὐκ ἀκριβῆ ἐξεταστὴν χρὴ εἶναι τῶν ὑπὲρ τοῦ θείου ἐκ παλαιοῦ μεμυθευμένων. Τὰ γάρ τοι κατὰ τὸ εἰκὸς ξυντιθέντι οὐ πιστά, ἐπειδὰν τὸ θεῖόν τις προσθῇ τῷ λόγῳ, οὐ πάντῃ ἄπιστα φαίνεται.

3. Ὡς δὲ ἐπέβη τῇ Νύσῃ Ἀλέξανδρος, ἐκπέμπουσι παρ' αὐτὸν οἱ Νυσαῖοι τὸν κρατιστεύοντα σφῶν, ὄνομα δὲ ἦν αὐτῷ Ἄκουφις, καὶ ξὺν αὐτῷ πρέσβεις τῶν δοκιμωτάτων τριάκοντα, δεησομένους Ἀλεξάνδρου ἀφεῖναι τῷ

LIBER QUINTUS.

CAP. I.

In hac regione, quam inter Cophenem et Indum fluvios interjacentem Alexander aggressus est, Nysam etiam urbem sitam esse ferunt, a Baccho conditam eo tempore quo Indos domuit. (2) Quisnam vero is Bacchus fuerit et quando aut unde Indis bellum intulerit, conjicere non possum sitne is qui Thebanus ex Thebis, an vero ex Tmolo Lydiæ profectus in Indos exercitum duxerit; qui quum tot bellicosas et tum temporis Græcis ignotas gentes adierit, nullam ex iis præterquam Indorum vi subegit. Ceterum ea quæ de diis veteres fabulis suis conscripsere, non nimium curiose pervestiganda sunt. Scripta enim quibus merito fides derogari posset, quando numinis alicujus mentio accedit, fit ut non omnino incredibilia esse videantur.

3. Alexander itaque simulac Nysam cum exercitu venit, oppidani Acuphim principem civitatis ad eum mittunt, et cum eo legatos XXX ex primoribus, orantes uti numini suo urbem liberam relinquat. (4) Legati ad Alexandri taber-

θεῷ τὴν πόλιν. (4) Παρελθεῖν τε δὴ ἐς τὴν σκηνὴν τὴν Ἀλεξάνδρου τοὺς πρέσβεις καὶ καταλαβεῖν καθήμενον κεκονιμένον ἔτι ἐκ τῆς ὁδοῦ ξὺν τοῖς ὅπλοις τοῖς τε ἄλλοις καὶ τὸ κράνος αὐτῷ περικείμενον καὶ τὸ δόρυ ἔχοντα· θαμβῆσαί τε ἰδόντας τὴν ὄψιν καὶ πεσόντας ἐς γῆν ἐπὶ πολὺ σιγὴν ἔχειν. Ὡς δὲ ἐξανέστησέ τε αὐτοὺς Ἀλέξανδρος καὶ θαῤῥεῖν ἐκέλευσε, τότε δὴ τὸν Ἄκουφιν ἀρξάμενον λέγειν ὧδε·

5. « Ὦ βασιλεῦ, δέονταί σου Νυσαῖοι ἐᾶσαι σφᾶς ἐλευθέρους τε καὶ αὐτονόμους αἰδοῖ τοῦ Διονύσου. Διόνυσος γὰρ ἐπειδὴ χειρωσάμενος τὸ Ἰνδῶν ἔθνος ἐπὶ θάλασσαν ὀπίσω κατῄει τὴν Ἑλληνικήν, ἐκ τῶν ἀπομάχων στρατιωτῶν, οἳ δὴ αὐτῷ καὶ Βάκχοι ἦσαν, κτίζει τὴν πόλιν τήνδε μνημόσυνον τῆς αὐτοῦ πλάνης τε καὶ νίκης τοῖς ἔπειτα ἐσόμενον, καθάπερ οὖν καὶ σὺ αὐτὸς Ἀλεξάνδρειάν τε ἔκτισας τὴν πρὸς Καυκάσῳ ὄρει καὶ ἄλλην Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ Αἰγυπτίων γῇ, καὶ ἄλλας πολλὰς τὰς μὲν ἔκτισας ἤδη, τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον, οἷα δὴ πλείονα Διονύσου ἔργα ἀποδειξάμενος. (6) Νῦσαν τε οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἐπὶ τῆς τροφοῦ τῆς Νύσης καὶ τὴν χώραν Νυσαίαν· τὸ δὲ ὄρος ὅ τιπερ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. Καὶ ἐκ τούτου ἐλευθέραν τε οἰκοῦμεν τὴν Νῦσαν καὶ αὐτοὶ αὐτόνομοι καὶ ἐν κόσμῳ πολιτεύοντες· τῆς δὲ ἐκ Διονύσου οἰκίσεως καὶ τόδε σοι γενέσθω τεκμήριον· κιττὸς γὰρ οὐκ ἄλλῃ τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος παρ' ἡμῖν φύεται. »

ΚΕΦ. Β'.

Καὶ ταῦτα πάντα Ἀλεξάνδρῳ πρὸς θυμοῦ ἐγίγνετο ἀκούειν καὶ ἤθελε πιστὰ εἶναι τὰ ὑπὲρ τοῦ Διονύσου τῆς πλάνης μυθευόμενα· καὶ κτίσμα εἶναι Διονύσου τὴν Νῦσαν ἤθελεν, ὡς ἤδη τε ἥκειν αὐτὸς ἔνθα ἦλθε Διόνυσος καὶ ἐπ' ἐκεῖνα ἂν ἐλθεῖν Διονύσου· οὐδ' ἂν Μακεδόνας τὸ πρόσω ἀπαξιῶσαι συμπονεῖν οἱ ἔτι κατὰ ζῆλον τῶν Διονύσου ἔργων. (2) Καὶ δίδωσιν ἐλευθέρους τε εἶναι τοὺς οἰκήτορας τῆς Νύσης καὶ αὐτονόμους. Ὡς δὲ καὶ τοὺς νόμους ἐπύθετο αὐτῶν καὶ ὅτι πρὸς τῶν ἀρίστων τὸ πολίτευμα ἔχεται, ταῦτά τε ἐπῄνεσε καὶ ἠξίωσε τῶν τε ἱππέων οἱ ξυμπέμψαι ἐς τριακοσίους καὶ τῶν προεστώτων τοῦ πολιτεύματος, ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ τριακόσιοι, ἑκατὸν τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξαμένους. Ἄκουφιν δὲ εἶναι τὸν ἐπιλεγόμενον, ὅντινα καὶ ὕπαρχον τῆς χώρας τῆς Νυσαίας κατέστησεν αὐτός. (3) Τὸν δὲ Ἄκουφιν ταῦτα ἀκούσαντα ἐπιμειδιάσαι λέγεται τῷ λόγῳ· καὶ Ἀλέξανδρον ἐρέσθαι ἐφ' ὅτῳ ἐγέλασεν· ἀποκρίνασθαι δ' Ἄκουφιν· Καὶ πῶς ἄν, ὦ βασιλεῦ, μία πόλις ἑκατὸν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐρημωθεῖσα ἔτι καλῶς πολιτεύοιτο; ἀλλὰ σύ, εἴ σοι μέλει Νυσαίων, τοὺς ἱππέας μὲν ἄγεσθαι τοὺς τριακοσίους καὶ εἰ βούλει, ἔτι τούτων πλείονας· ἀντὶ δὲ τῶν ἑκατόν,

naculum adducti, quum illum sedentem nondum deterso pulvere, omni adhuc armatura indutum, galeaque tectum, et lanceam manu tenentem vidissent, aspectu ejus perterrefacti in terram prociderunt, diuque silentium tenuerunt. Postquam vero Alexander surgere illos bonoque animo esse jussit, Acuphim ita orsum:

5. « Orant te, o rex, Nysæi, uti Liberi patris reverentia adductus civitatem ipsis liberam legibusque suis utentem relinquas. Bacchus enim debellatis Indis quum ad Græcanicum mare reverteretur, ex militibus rude donatis, qui et ipsi Bacchici erant, hanc urbem condidit, quæ perpetuum peregrinationis victoriæque suæ monumentum posteris exstaret, quemadmodum tu ipse Alexandriam ad Caucasum montem condidisti, aliamque in Ægyptiorum regione, aliasque multas partim jam exædificasti, partim in posterum ædificabis: utpote qui jam plura quam Bacchus præstiteris. (6) Nysam autem vocavit urbem a nutrice Nysa, et provinciam Nysæam; montem vero qui urbi imminet, Meron [*hoc est femur*] vocari voluit, quod secundum fabulas in femore Jovis succrevit. Ex eo tempore liberam Nysam incolimus nostrisque legibus utentes composite vivimus. Eam vero a Libero patre ædificatam esse, hoc etiam tibi documento esse potest, quod nusquam alibi apud Indos hedera nascitur. »

CAP. II.

Grata Alexandro Acuphis oratio accidit. Cupiebat enim fide digna esse quæ de Bacchi peregrinatione fabulæ narrant: facileque credi volebat, Nysam ab eo conditam fuisse, quippe quod jam eo quo Bacchus pervenisset, et ulterius quam Bacchus progressurus esset: et Macedonas non illibenter cum ipso æmulatione quadam rerum a Baccho gestarum ulteriores labores adituros putabat. (2) Itaque Nysæis civibus libertatem, utque suis legibus uterentur concessit. Deinde quum leges eorum cognovisset, eosque rempublicam ex optimatibus constitutam habere, illorum institutum collaudavit, et trecentos equites ad se mitti jussit, cum centum præcipuis ex iis qui rempublicam regerent (qui et ipsi trecenti erant) sibi delectis. Acuphis autem voluit eos deligere; quem quidem ipse præsidem Nysææ provinciæ constituit. Ad hæc postulata Acuphim subrisisse ferunt, (3) et Alexandro interrogante causam risus, respondisse Acuphim, Quonam pacto, o rex, civitas centum bonis viris privata recte deinceps gubernari queat? At tu, si Nysæorum salus tibi cordi est, equites quidem ccc, et si velis plures accipe; sed pro centum quos ex optimis deligi tibi jubes, ducentos ex deterioribus dari patiare, ut si quando huc revertaris, civitatem pristinum statum de-

οὕστινας τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξαι σὺ κελεύεις, διπλασίους τῶν ἄλλων τῶν κακῶν ἄγεσθαι, ἵνα σοι καὶ αὖθις ἀφικομένῳ δεῦρο ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ κόσμῳ φανείη ἡ πόλις. Ταῦτα λέγοντα, λέγειν γὰρ δόξαι φρόνιμα, πεῖσαι Ἀλέξανδρον. (4) Καὶ τοὺς μὲν ἱππέας ξυμπέμπειν οἱ ἐκέλευσε, τοὺς δὲ ἑκατὸν τοὺς ἐπιλέκτους μηκέτι αἰτῆσαι, ἀλλὰ μηδ' ἀντ' αὐτῶν ἄλλους· τὸν δὲ παῖδα ἄρα τοῦ Ἀκούφιος καὶ τῆς θυγατρὸς τὸν παῖδα ξυμπέμψαι αὐτῷ Ἄκουφιν.

5. Ἀλέξανδρον δὲ πόθος ἔλαβεν ἰδεῖν τὸν χῶρον ὅπου τινὰ ὑπομνήματα τοῦ Διονύσου οἱ Νυσαῖοι ἐκόμπαζον. Ἐλθεῖν τε ἐς τὸ ὄρος τὸν Μηρὸν ξὺν τοῖς ἑταίροις ἱππεῦσι καὶ τῷ πεζικῷ ἀγήματι καὶ ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων καὶ δάφνης τὸ ὄρος καὶ ἄλση παντοῖα· καὶ ἰδεῖν σύσκιον καὶ θήρας ἐν αὐτῷ εἶναι θηρίων παντοδαπῶν. (6) Καὶ τοὺς Μακεδόνας ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσόν, οὐδὲ ἵναπερ αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν), στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι καὶ στεφανώσασθαι ὡς εἶχον ἐφυμνοῦντας καὶ Διόνυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας. Θῦσαί τε αὐτοῦ Ἀλέξανδρον τῷ Διονύσῳ καὶ εὐωχηθῆναι ὁμοῦ τοῖς ἑταίροις. (7) Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, εἰ δή τῳ πιστὰ καὶ ταῦτα, πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων τῷ τε κισσῷ ἐστεφανωμένους καὶ ὑπὸ τῇ κατακλήσει τοῦ θεοῦ κατασχεθῆναί τε πρὸς τοῦ Διονύσου καὶ ἀνευάσαι τὸν θεὸν καὶ βακχεῦσαι.

ΚΕΦ. Γ'.

Καὶ ταῦτα ὅπως τις ἐθέλει ὑπολαβὼν ἀπιστείτω ἢ πιστευέτω. Οὐ γὰρ ἔγωγε Ἐρατοσθένει τῷ Κυρηναίῳ πάντῃ ξυμφέρομαι, ὃς λέγει πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεται ἐκ Μακεδόνων πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου ἐς τὸ ὑπέρογκον ἐπιφημισθῆναι. (2) Καὶ γὰρ καὶ σπήλαιον λέγει ἰδόντας ἐν Παραπαμισάδαις τοὺς Μακεδόνας καί τινα μῦθον ἐπιχώριον ἀκούσαντας ἢ καὶ αὐτοὺς ξυνθέντας φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο, καὶ ὁ ἀετὸς ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως, καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε. (3) Τὸν δὲ Καύκασον τὸ ὄρος ἐκ τοῦ Πόντου ἐς τὰ πρὸς ἕω μέρη τῆς γῆς καὶ τὴν Παραπαμισαδῶν χώραν ὡς ἐπὶ Ἰνδοὺς μετάγειν τῷ λόγῳ τοὺς Μακεδόνας, Παραπάμισον ὄντα τὸ ὄρος αὐτοὺς καλοῦντας Καύκασον τῆς Ἀλεξάνδρου ἕνεκα δόξης, ὡς ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἄρα ἐλθόντα Ἀλέξανδρον. (4) Ἔν τε αὐτῇ τῇ Ἰνδῶν γῇ βοῦς ἰδόντας ἐγκεκαυμένας ῥόπαλον τεκμηριοῦσθαι ἐπὶ τῷδε ὅτι Ἡρακλῆς ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο. Ὅμοια δὲ καὶ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης ἀπιστεῖ Ἐρατοσθένης· ἐμοὶ δὲ ἐν μέσῳ κείσθων οἱ ὑπὲρ τούτων λόγοι.

5. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, καταλαμβάνει γέφυράν τε ἐπ' αὐτῷ πεποιημένην πρὸς

cusque retinuisse intelligas. (4) His dictis (quod prudenter respondisse videretur) Alexandrum persuasum fuisse. atque equites quidem ut mitterentur jussisse : centum vero illos ex præcipuis delectos neque petiisse, neque eorum loco alios. Filium vero Acuphis, ejusque ex filia nepotem una ad Alexandrum missum.

5. Posthæc Alexandrum cupido cepit visendi locum in quo Nysæi monumenta quædam Bacchi esse gloriabantur : venisse igitur narrant in montem Merum cum equitatu amicorum et peditum agemate, montem hedera lauroque refertum, lucosque opacos omni ferarum genere abundantes vidisse. (6) Macedonibus hederæ conspectum jucundum fuisse, quam nimirum a multo tempore non vidissent (neque enim Indorum regio hederam fert, ne ibi quidem ubi vites sunt) coronasque ex ea fecisse, et capita redimitos Baccho hymnos cantasse, variis eum appellationibus invocantes : Alexandrum ibi Baccho sacrificium fecisse, et cum amicis epulatum esse. (7) Tradunt etiam nonnulli (si cui hæc credibilia videntur) multos non obscuri nominis Macedones hedera coronatos in eo epulo Bacchi numine correptos, bacchantes discurrisse.

CAP. III.

Cæterum his unicuique per me integrum sit fidem prout velit aut tribuere aut derogare. Neque vero Eratostheni Cyrenæo prorsus assentior, qui auctor est, quicquid honoris numini a Macedonibus delatum fuit, in gratiam Alexandri supra modum exornatum esse. (2) Dicit etiam Macedones specum quandam apud Parapamisadas conspicatos, fabula quadam ab incolis audita aut ab ipsismet conficta sparsisse specum illam Promethei antrum esse, ubi religatus olim is fuit, aquilamque eo venire solitam quæ ejus viscera depasceretur : Herculis autem interventu aquilam interfectam, et Prometheum vinculis solutum. (3) Caucasum montem ex Ponto ad orientales terræ partes et Parapamisadarum regionem, ad Indos nimirum ea ratione Macedones suis sermonibus transferre, et Parapamisum montem Caucasum vocare in Alexandri gloriam, utpote qui Caucasum superarit. (4) Quumque in eadem Indorum regione boves vidissent, quibus clavæ inustæ essent, ex hoc conjectasse Herculem ad Indos pervenisse. Similia de Bacchi peregrinatione Eratosthenes improbat. Mihi vero hac de re sermo in medio relinquendus videtur.

5. Alexander ubi ad Indum pervenit, pontem jam ab Hephæstione perfectum reperit, multaque minora navigia,

Ἡφαιστίωνος καὶ πλοῖα πολλὰ μὲν σμικρότερα, δύο δὲ τριακοντόρους, καὶ παρὰ Ταξίλου τοῦ Ἰνδοῦ δῶρα ἧκοντα ἀργυρίου μὲν τάλαντα ἐς διακόσια, ἱερεῖα δὲ βοῦς μὲν τρισχιλίους, πρόβατα δὲ ὑπὲρ μύρια, ἐλέφαντας δὲ ἐς τριάκοντα· (6) Καὶ ἱππεῖς δὲ ἑπτακόσιοι αὐτῷ Ἰνδῶν ἐς ξυμμαχίαν παρὰ Ταξίλου ἧκον, καὶ τὴν πόλιν Τάξιλα, τὴν μεγίστην μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου, ὅτι αὐτῷ Ταξίλης ἐνδίδωσιν. Ἐνταῦθα θύει Ἀλέξανδρος τοῖς θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ· καὶ γίγνεται αὐτῷ ἐπὶ τῇ διαβάσει τὰ ἱερά.

ΚΕΦ. Δ'.

Ὁ δὲ Ἰνδὸς ποταμὸς ὅτι μέγιστος ποταμῶν ἐστι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τε καὶ τὴν Εὐρώπην, πλὴν Γάγγου, καὶ τούτου Ἰνδοῦ ποταμοῦ, καὶ ὅτι αἱ πηγαί εἰσιν αὐτῷ ἐπὶ τάδε τοῦ ὄρους τοῦ Παραπαμίσου ἢ Καυκάσου, καὶ ὅτι ἐκδίδωσιν εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν κατὰ Ἰνδοὺς ὡς ἐπὶ νότον ἄνεμον, καὶ ὅτι δίστομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς καὶ αἱ ἐκβολαὶ αὐτοῦ ἀμφότεραι τεναγώδεις, καθάπερ αἱ πέντε τοῦ Ἴστρου, καὶ ὅτι Δέλτα ποιεῖ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ τῷ Αἰγύπτου Δέλτα παραπλήσιον καὶ τοῦτο Πάτταλα καλεῖται τῇ Ἰνδῶν φωνῇ, ταῦτα μὲν ὑπὲρ τοῦ Ἰνδοῦ, τὰ μάλιστα οὐκ ἀμφίλογα, καὶ ἐμοὶ ἀναγεγράφθω. (2) Ἐπεὶ καὶ ὁ Ὑδάσπης καὶ Ἀκεσίνης καὶ Ὑδραώτης καὶ Ὕφασις, καὶ οὗτοι Ἰνδοὶ ποταμοὶ ὄντες, τῶν μὲν ἄλλων τῶν Ἀσιανῶν ποταμῶν πολύ τι κατὰ μέγεθος ὑπερφέρουσι· τοῦ δὲ Ἰνδοῦ μείονες εἰσὶ καὶ πολὺ δὴ μείονες, ὅπου καὶ αὐτὸς ὁ Ἰνδὸς τοῦ Γάγγου. Κτησίας μέν, εἰ δή τῳ ἱκανὸς καὶ Κτησίας εἰς τεκμηρίωσιν, ἵνα μὲν στενώτατος αὐτὸς αὑτοῦ ὁ Ἰνδός ἐστι, τεσσαράκοντα σταδίους ὅτι διέχουσιν αὐτῷ αἱ ὄχθαι· ἵνα δὲ πλατύτατος, καὶ ἑκατόν· τὸ πολὺ δὲ εἶναι αὐτοῦ τὸ μέσον τούτοιν.

3. Τοῦτον τὸν ποταμὸν τὸν Ἰνδὸν ὑπὸ τὴν ἕω διέβαινε ξὺν τῇ στρατιᾷ Ἀλέξανδρος ἐς τῶν Ἰνδῶν τὴν γῆν· ὑπὲρ ὧν ἐγὼ οὔτε οἷστισι νόμοις διαχρῶνται ἐν τῇδε τῇ συγγραφῇ ἀνέγραψα, οὔτε ζῷα εἰ δή τινα ἄτοπα ἡ χώρα αὐτοῖς ἐκφέρει, οὔτε ἰχθύας ἢ κήτη ὅσα ἢ οἷα ὁ Ἰνδὸς ἢ ὁ Ὑδάσπης ἢ ὁ Γάγγης ἢ ἄλλοι Ἰνδῶν ποταμοὶ φέρουσιν, οὐδὲ τοὺς μύρμηκας τοὺς τὸν χρυσόν σφισιν ἐργαζομένους, οὐδὲ τοὺς γρῦπας τοὺς φύλακας, οὐδὲ ὅσα ἄλλα ἐφ' ἡδονῇ μᾶλλόν τι πεποίηται ἢ ἐς ἀφήγησιν τῶν ὄντων, ὡς τά γε κατ' Ἰνδοὺς ὅσα ἂν ἄτοπα ψεύσωνται, οὐκ ἐξελεγχθησόμενα πρὸς οὐδαμῶν. (4) Ἀλλὰ Ἀλέξανδρος γὰρ καὶ οἱ ξὺν τούτῳ στρατεύσαντες τὰ πολλὰ ἐξήλεγξαν, ὅσα γε μὴ καὶ αὐτῶν ἔστιν οἱ ἐψεύσαντο· ἀχρύσους τε εἶναι Ἰνδοὺς ἐξήλεγξαν, ὅσους γε δὴ Ἀλέξανδρος ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπῆλθε, πολλοὺς δὲ ἐπῆλθε, καὶ ἥκιστα χλιδῶντας κατὰ τὴν δίαιταν· ἀλλὰ μεγάλους μὲν τὰ σώματα, οἵους μεγίστους τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, πενταπήχεις τοὺς πολλοὺς ἢ ὀλίγον ἀποδέοντας· καὶ με-

duas vero naves triginta remorum; adhæc dona a Taxile Indo allata, argenti talenta circa CC, boves MM, oves ultra XM, elephantos XXX. (6) Equites etiam DCC Indi a Taxile auxilio missi. Urbis quoque Taxilorum, quæ inter Indum et Hydaspem fluvios maxima est, Taxiles deditionem fecit. Alexander ibi diis quibus consueverat sacrificio facto, ludos gymnicos et equestres ad flumen edidit. Exta felicem transitum portenderunt.

CAP. IV.

Indus porro omnium Asiæ atque Europæ fluviorum maximus est, præter Gangem, qui etiam Indiæ fluvius est. Fontes ejus ex Parapamiso vel Caucaso monte oriuntur, atque in Oceanum Indicum Austrum versus fertur. Duo sunt ejus ostia eaque palustria, quemadmodum quinque Istri ostia: et delta literæ figuram in regione Indorum cursu suo efficit, Ægyptio delta simile, quod Indorum lingua Pattala vocatur. Atque hæc quidem de Indo flumine ut quæ maxime certa sunt mihi quoque scripta sint. (2) Namque et Hydaspes et Acesines, itemque Hydraotes et Hyphasis Indiæ flumina quum sint, omnes Asiæ fluvios magnitudine superant : sed Indo flumine minora sunt, et tanto quidem minora, quanto ipse Indus Gange minor est. Ac Ctesias quidem (si cui ejus auctoritas ad probandum sufficiat) affirmat Indi, qua angustissimus is est, XL stadiorum latitudine ripas inter se distare : qua vero latissimus, etiam centum : maxima vero ex parte mediam inter hæc duo ejus latitudinem esse.

3. Hunc amnem Indum Alexander sub lucem cum exercitu trajecit in Indorum regionem. De quibus equidem, neque quibus legibus utantur in hoc libro conscripsi, neque quæ monstra animalium ea regio ferat, neque pisces aut cete quæcunque aut Indus aut Hydaspes, aut Ganges aut alii Indorum fluvii gignunt, neque formicas aurum ipsis operantes, neque gryphes custodes : quæ delectandi causa potius, quam quod re vera ita se habeant, scripta sunt; quippe quod quantumvis absurda de Indis confingant, neminem sint habituri qui eos mendacii arguat. (4) Cæterum Alexander et qui cum Alexandro militarunt, multa reprobaverunt, quanquam ex his quoque nonnulli mentiti sunt. Indos enim, quos Alexander cum exercitu adiit (multos autem adiit) aurum non habere, neque delicato victu uti compererunt. Præterea grandibus corporibus præditos esse, quippe qui maximi sint omnium Asiæ populorum, quin-

λαντέρους τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, πλὴν Αἰθιόπων, καὶ τὰ πολέμια πολύ τι γενναιοτάτους τῶν γε δὴ τότε ἐποίκων τῆς Ἀσίας. (5) Τὸ γὰρ Περσῶν τῶν πάλαι, ξὺν οἷς ὁρμηθεὶς Κῦρος ὁ Καμβύσου Μήδους τε τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἀφείλετο καὶ ἄλλα ἔθνη τὰ μὲν κατεστρέψατο, τὰ δὲ προσχωρήσαντά οἱ ἑκόντα κατέσχεν, οὐκ ἔχω ἀτρεκῶς ὥς γε δὴ πρὸς τὰ Ἰνδῶν ξυμβαλεῖν. Καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πένητές τε ἦσαν καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, καὶ νόμιμά σφισιν ἦν οἷα ἐγγυτάτω εἶναι τῇ Λακωνικῇ παιδεύσει. Τὸ δὲ τραῦμα τὸ γενόμενον Πέρσαις ἐν τῇ Σκυθικῇ γῇ οὐδὲ τοῦτο ἔχω ἀτρεκῶς ξυμβαλεῖν πότερα δυσχωρίαις ξυνενεχθεῖσιν ἤ τινι ἄλλῃ Κύρου ἁμαρτίᾳ ξυνέβη ἢ Σκυθῶν γε τῶν ταύτῃ κακίους τὰ πολέμια Πέρσαι ἦσαν.

que cubitos aut paulo minus plerique alti, cæterisque mortalibus, exceptis Æthiopibus, nigriores. Omnium quoque eorum qui tunc Asiam incolebant bellicosissimos dicunt. (5) Nam Persas illos, quorum virtute olim Cyrus Cambysis filius Asiæ imperium Medis abstulit, aliasque gentes partim subegit partim voluntaria deditione recepit, non ausim in universum cum Indis comparare. Nam Persæ iis temporibus et inopes erant, et aspera loca colebant, et leges atque instituta habebant Laconicæ disciplinæ maxime consentanea. Clades vero, quam Persæ in Scythica regione acceperunt, equidem pro certo affirmare non ausim, an iis quod locorum angustiis pressi essent, an alia quapiam Cyri culpa acciderit, an quod Persæ Scythis illis bellica virtute inferiores fuerint.

ΚΕΦ. Ε'.

Ἀλλὰ ὑπὲρ Ἰνδῶν ἰδίᾳ μοι γεγράψεται ὅσα πιστότατα ἐς ἀφήγησιν οἵ τε ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες καὶ ὁ ἐκπεριπλεύσας τῆς μεγάλης θαλάσσης τὸ κατ' Ἰνδοὺς Νέαρχος, ἐπὶ δὲ ὅσα Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης, δοκίμω ἄνδρε, ξυνεγραψάτην, καὶ νόμιμα ἅττα Ἰνδοῖς ἐστὶ καὶ εἴ δή τινα ἄτοπα ζῷα αὐτόθι φύεται καὶ τὸν παράπλουν αὐτὸν τῆς ἔξω θαλάσσης. (2) Νῦν δὲ ὅσον ἐς τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ἀποχρῶν ἐφαίνετο, τοσόνδε μοι ἀναγεγράφθω· τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος ἀπείργειν τὴν Ἀσίαν, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ Μυκάλης τοῦ καταντικρὺ Σάμου τῆς νήσου ὄρους, ἀποτεμνόμενον δὲ τήν τε Παμφύλων καὶ Κιλίκων γῆν ἔνθεν μὲν ὡς ἐς Ἀρμενίαν παρήκειν· ἀπὸ δ' Ἀρμενίων ὡς ἐπὶ Μηδίαν παρὰ Παρθυαίους τε καὶ Χωρασμίους· (3) κατὰ δὲ Βακτρίους ξυμβάλλειν τῷ Παραπαμίσῳ ὄρει, ὃ δὴ Καύκασον ἐκάλουν οἱ Ἀλεξάνδρῳ ξυστρατεύσαντες Μακεδόνες, ὡς μὲν λέγεται τὰ Ἀλεξάνδρου αὔξοντες, ὅτι δὴ καὶ ἐπ' ἐκεῖνα ἄρα τοῦ Καυκάσου κρατῶν τοῖς ὅπλοις ἦλθεν Ἀλέξανδρος· τυχὸν δὲ καὶ ξυνεχὲς τυγχάνει ὂν τοῦτο τὸ ὄρος τῷ ἄλλῳ τῷ Σκυθικῷ Καυκάσῳ, καθάπερ οὖν αὐτῷ τούτῳ ὁ Ταῦρος· καὶ ἐμοὶ αὐτῷ πρότερόν ποτε ἐπὶ τῷδε λέλεκται Καύκασος τὸ ὄρος τοῦτο καὶ ὕστερον τῷδε τῷ ὀνόματι κληθήσεται. (4) Τὸν δὲ Καύκασον τοῦτον καθήκειν ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν πρὸς ἕω τε καὶ Ἰνδοὺς θάλασσαν. Τοὺς οὖν ποταμοὺς ὅσοι κατὰ τὴν Ἀσίαν λόγου ἄξιοι ἐκ τοῦ Ταύρου τε καὶ τοῦ Καυκάσου ἀνίσχοντας τοὺς μὲν ὡς ἐπ' ἄρκτον τετραμμένον ἔχειν τὸ ὕδωρ, καὶ τούτων τοὺς μὲν ἐς τὴν λίμνην ἐνδιδόναι τὴν Μαιῶτιν, τοὺς δὲ ἐς τὴν Ὑρκανίαν καλουμένην θάλασσαν, καὶ ταύτην κόλπον οὖσαν τῆς μεγάλης θαλάσσης· (5) τοὺς δὲ ὡς ἐπὶ νότον ἄνεμον τὸν Εὐφράτην τε εἶναι καὶ τὸν Τίγρητα καὶ τὸν Ἰνδόν τε καὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ Ἀκεσίνην καὶ Ὑδραώτην καὶ Ὕφασιν καὶ ὅσοι ἐν μέσῳ τούτων τε καὶ τοῦ Γάγγου ποταμοῦ ἐς θάλασσαν καὶ οὗτοι ἐσβάλ-

CAP. V.

Ceterum de Indis seorsim scribam quæ narratu fideque dignissima tum ii qui cum Alexandro militarunt, tum Nearchus qui Oceanum Indicum pernavigavit, deinde quæ Megasthenes et Eratosthenes probatissimi auctores memoriæ prodiderunt: Indorum etiam leges atque instituta, et si quæ illic monstruosa animalia nascantur, ipsam denique exterioris maris circumnavigationem describam. (2) In præsentia vero tantum quantum ad Alexandri res gestas pertinet, adscribendum mihi putavi. Taurus mons per omnem Asiam porrigitur, initio facto a Mycale monte qui est Samo insulæ oppositus: deinde Pamphyliam ac Ciliciam secans in Armeniam protenditur; ex Armeniis in Mediam trans Parthos et Chorasmios penetrat. (3) Ac circa Bactrianos Parapamiso monti committitur, quem Macedones Alexandro militantes Caucasum appellabant, studio (ut fertur) Alexandri res gestas amplificandi, quasi Caucasum continuata victoria Alexander superasset. Fieri autem potest ut hic ipse mons cum altero Scytharum Caucaso coeat, quemadmodum Taurus cum hoc, atque ego quidem ipse idcirco superius hunc montem Caucasum vocavi, et deinceps hoc nomine appellabo. (4) Porro Caucasus hic Orientem versus ad Oceanum Indicum pertingit. Omnes itaque fluvii quotquot per Asiam celebres sunt ex Tauro et Caucaso orientes alii quidem in Septentrionem aquas volvunt, eorumque nonnulli in Mæotim paludem feruntur: alii vero in Hyrcanium mare, Oceani sinum, labuntur. (5) Alii Austrum versus fluunt: ii sunt Euphrates, Tigris, Indus, Hydaspes, Acesines, Hydraotes, Hyphasis, denique quotquot medii inter hos et Gangem in mare feruntur; aut in

λουσιν ἢ εἰς τενάγη ἀναχεόμενοι ἀφανίζονται, καθάπερ ὁ Εὐφράτης ποταμὸς ἀφανίζεται.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ὅτῳ δὴ τὰ τῆς Ἀσίας ὧδε ἔχει ὡς πρὸς τοῦ Ταύρου τε καὶ τοῦ Καυκάσου τέμνεσθαι ἀπ' ἀνέμου ζεφύρου ὡς ἐπ' ἀπηλιώτην ἄνεμον τὴν Ἀσίαν, τούτῳ δύο μὲν αὗται μέγισται πρὸς αὐτοῦ τοῦ Ταύρου τῆς Ἀσίας μοῖραι γίγνονται, ἡ μὲν ἐς μεσημβρίαν τε καὶ πρὸς νότον ἄνεμον [τοῦ Ταύρου] κεκλιμένη, ἡ δὲ ἐπ' ἄρκτον τε καὶ ἄνεμον βοῤῥᾶν. (2) Τῆς δὲ ὡς ἐπὶ νότον Ἀσίας τετραχῆ αὖ τεμνομένης μεγίστην μὲν μοῖραν τὴν Ἰνδῶν γῆν ποιεῖ Ἐρατοσθένης τε καὶ Μεγασθένης, ὃς ξυνῆν μὲν Σιβυρτίῳ τῷ σατράπῃ τῆς Ἀραχωσίας, πολλάκις δὲ λέγει ἀφικέσθαι παρὰ Σανδράκοττον τὸν Ἰνδῶν βασιλέα· ἐλαχίστην δὲ ὅσην ὁ Εὐφράτης ποταμὸς ἀπείργει ὡς πρὸς τὴν ἐντὸς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν. Δύο δὲ αἱ μεταξὺ Εὐφράτου τε ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἀπειργόμεναι αἱ δύο ξυντεθεῖσαι μόλις ἄξιαι τῇ Ἰνδῶν γῇ ξυμβαλεῖν. (3) Ἀπείργεσθαι δὲ τὴν Ἰνδῶν χώραν πρὸς μὲν ἕω τε καὶ ἀπηλιώτην ἄνεμον ἔστε ἐπὶ μεσημβρίαν τῇ μεγάλῃ θαλάσσῃ· τὸ πρὸς βοῤῥᾶν δὲ αὐτῆς ἀπείργειν τὸν Καύκασον τὸ ὄρος ἔστε ἐπὶ τοῦ Ταύρου τὴν ξυμβολήν· τὴν δὲ πρὸς ἑσπέραν τε καὶ ἄνεμον Ἰάπυγα ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς ἀποτέμνεται. Καὶ ἔστι πεδίον ἡ πολλὴ αὐτῆς, καὶ τοῦτο, ὡς εἰκάζουσιν, ἐκ τῶν ποταμῶν προσκεχωσμένον. (4) Εἶναι γὰρ οὖν καὶ τῆς ἄλλης χώρας ὅσα πεδία οὐ πρόσω θαλάσσης τὰ πολλὰ τῶν ποταμῶν παρ' ἑκάστοις ποιήματα, ὥστε καὶ τῆς χώρας τὴν ἐπωνυμίαν τοῖς ποταμοῖς ἐκ παλαιοῦ προσκεῖσθαι, καθάπερ Ἕρμου τέ τι πεδίον λέγεσθαι, ὃς κατὰ τὴν Ἀσίαν γῆν ἀνίσχων ἐξ ὄρους Μητρὸς Δινδυμήνης παρὰ πόλιν Σμύρναν Αἰολικὴν ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν· καὶ ἄλλο Καΰστρου πεδίον Λύδιον καὶ αὐτὸ ποταμοῦ, καὶ Καΐκου ἄλλο ἐν Μυσίᾳ καὶ Μαιάνδρου τὸ Καρικὸν ἔστε ἐπὶ Μίλητον πόλιν Ἰωνικήν. (5) Αἴγυπτόν τε Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑκαταῖος οἱ λογοποιοί, ἢ εἰ δή του ἄλλου ἢ Ἑκαταίου ἐστὶ τὰ ἀμφὶ τῇ γῇ τῇ Αἰγυπτίᾳ ποιήματα, δῶρόν τε τοῦ ποταμοῦ ἀμφότεροι ὡσαύτως ὀνομάζουσι καὶ οὐκ ἀμαυροῖς τεκμηρίοις ὅτι ταύτῃ ἔχει Ἡροδότῳ ἐπιδέδεικται, ὡς καὶ τὴν γῆν αὐτὴν τυχὸν τοῦ ποταμοῦ εἶναι ἐπώνυμον. Αἴγυπτος γὰρ τὸ παλαιὸν ὁ ποταμὸς ὅτι ἐκαλεῖτο ὅντινα νῦν Νεῖλον Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἔξω Αἰγύπτου ἄνθρωποι ὀνομάζουσιν, ἱκανὸς τεκμηριῶσαι Ὅμηρος, λέγων ἐπὶ τῇ ἐκβολῇ τοῦ Αἰγύπτου ποταμοῦ τὸν Μενέλεων στῆσαι τὰς νέας. (6) Εἰ δὴ οὖν εἷς τε ποταμὸς παρ' ἑκάστοις καὶ οὐ μεγάλοι οὗτοι ποταμοὶ ἱκανοὶ γῆν πολλὴν ποιῆσαι ἐς θάλασσαν προχεόμενοι, ὁπότε ἰλὺν καταφέροιεν, καὶ πηλὸν ἐκ τῶν ἄνω τόπων ἔνθενπερ αὐτοῖς αἱ πηγαί εἰσιν, οὐδὲ ὑπὲρ τῆς Ἰνδῶν ἄρα χώρας εἰς ἀπιστίαν ἰέναι ἄξιον, ὅπως πεδίον τε ἡ πολλή

palustria loca diffusi evanescunt, quemadmodum Euphrätes fluvius.

CAP. VI.

Cui igitur Asiæ situs ita se habet, ut Taurus et Caucasus eam ab Zephyro in Subsolanum scindant, ei duæ hæ maximæ totius Asiæ partes a Tauro fiunt, hæc quidem meridiem et Notum, altera septentrionem ac Boream spectans. (2) Porro Asiæ quæ ad Austrum vergit, quæ et ipsa in quatuor partes scinditur, maximam partem esse statuunt Indorum regionem Eratosthenes et Megasthenes, qui quidem quum apud Sibyrtium Arachosiorum satrapam degeret, frequenter se ad Sandracottum Indorum regem commeasse scribit : minimam vero, quam Euphrates dirimit, ad nostrum mare conversam : reliquas duas inter Euphratem et Indum positas, si conjungantur, vix dignas esse quæ Indorum regioni comparentur. (3) Terminari autem Indiam orientem et Subsolanum versus adusque meridiem, Oceano : a septentrione vero, Caucaso monte, ad Tauri usque confinia : ab occidente et Iapyge vento ad Oceanum usque, Indo amne distingui. Magnamque ejus partem planam et campestrem esse. Quæ quidem planities (ut suspicantur) ab ipsis fluminibus terram sua alluvione accumulantibus fit, (4) quemadmodum reliqua campestria loca non procul a mari sita planitiem suam plerumque fluminum alluvionibus debent, adeo ut regionum ipsarum appellationes fluminibus jam olim inditæ sint : quemadmodum Hermi campus dicitur, qui amnis in Asia oriens ex monte matris Dindymenes, ad Smyrnam urbem Æolicam in mare fluit. Item Caystri campus Lydius, et ipse a flumine, et Caici alius in Mysia, et Mæandri in Caria Miletum Ionicam urbem usque. (5) Ægyptum quoque Herodotus et Hecatæus historiarum scriptores, (nisi alterius cujuspiam quam Hecatæi sint illa de regione Ægypti scripta) fluminis donum eodem modo appellant. Neque inanibus argumentis Herodotus id ita esse demonstrat, adeo ut et regioni ipsi fortasse fluminis nomen inditum sit. Quod autem amnis hic olim Ægyptus vocatus sit, quem nunc Ægyptii pariter reliquæque extra Ægyptum gentes Nilum appellant, Homeri autoritas satis probaverit, qui Menelaum ad Ægypti fluminis fauces classem constituisse commemorat. (6) Si igitur singuli amnes, neque ii quidem magni, id præstant ut in mare prolabentes, quum multum luti atque limi secum ex superioribus locis ubi fontes eorum oriuntur trahant, multum terræ sua alluvione regioni addant : certe neque de Indorum regione mirandum est, quomodo factum sit, ut

ἐστι καὶ ἐκ τῶν ποταμῶν τὸ πεδίον ἔχει προσκεχωσμένον. (7) Ἕρμον μὲν γὰρ καὶ Κάϋστρον καὶ Κάϊκόν τε καὶ Μαίανδρον ἢ ὅσοι ἄλλοι ποταμοὶ τῆς Ἀσίας ἐς τήνδε τὴν ἐντὸς θάλασσαν ἐκδιδοῦσιν οὐδὲ σύμπαντας ξυντεθέντας ἑνὶ τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν ἄξιον συμβαλεῖν πλήθους ἕνεκα τοῦ ὕδατος, μὴ ὅτι τῷ Γάγγῃ τῷ μεγίστῳ, ὅτῳ οὔτε τὸ Νείλου ὕδωρ τοῦ Αἰγυπτίου οὔτε ὁ Ἴστρος ὁ κατὰ τὴν Εὐρώπην ῥέων ἄξιοι ξυμβαλεῖν, (8) ἀλλ' οὐδὲ τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ ἐκεῖνοί γε πάντες ξυμμιχθέντες ἐς ἴσον ἔρχονται, ὃς μέγας τε εὐθὺς ἀπὸ τῶν πηγῶν ἀνίσχει καὶ πεντεκαίδεκα ποταμούς, πάντας τῶν Ἀσιανῶν μείζονας, παραλαβὼν καὶ τῇ ἐπωνυμίᾳ κρατήσας οὕτως ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν. Ταῦτά μοι ἐν τῷ παρόντι περὶ Ἰνδῶν τῆς χώρας λελέχθω· τὰ δὲ ἄλλα ἀποκείσθω ἐς τὴν Ἰνδικὴν ξυγγραφήν.

magna ex parte campestris sit, et campos illos fluviorum alluvione aggestos habeat. (7) Hermum enim et Caystrum et Caicum ac Mæandrum reliquosque Asiæ fluvios qui in mare interius feruntur, ne si omnes quidem conjunxeris, digni sint qui uni Indorum flumini aquarum copia conferantur : nedum Gangi maximo, cui neque Nili Ægyptii fluenta, neque Ister per Europam fluens comparari possunt. (8) Sed ne Indum quidem ii omnes si simul misceantur, æquant, qui magnus statim ab ipsis fontibus erumpens, et xv majoribus quam est quod libet ex illis Asiaticis fluminibus in se receptis, nomen suum perpetuo retinens in mare contendit. Atque hæc quidem in præsentia de Indorum regione dixisse sufficiat. Reliqua in historiam Indicam rejiciantur.

ΚΕΦ. Ζ'.

Τὸ δὲ ζεῦγμα τὸ ἐπὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ὅπως μὲν ἐποιήθη Ἀλεξάνδρῳ οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος, οἷς μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, λέγουσιν· οὐδὲ αὐτὸς ἔχω ἀτρεκῶς εἰκάσαι, πότερα πλοίοις ἐζεύχθη ὁ πόρος, καθάπερ οὖν ὁ Ἑλλήσποντός τε πρὸς Ξέρξου καὶ ὁ Βόσπορός τε καὶ ὁ Ἴστρος πρὸς Δαρείου, ἢ γέφυρα κατὰ τοῦ ποταμοῦ διηνεκὴς ἐποιήθη αὐτῷ· δοκεῖ δὲ ἔμοιγε πλοίοις μᾶλλον ζευχθῆναι· οὐ γὰρ ἂν δέξασθαι γέφυραν τὸ βάθος τοῦ ὕδατος, οὐδ' ἂν ἐν τοσῷδε χρόνῳ ἔργον οὕτως ἄτοπον ξυντελεσθῆναι. (2) Εἰ δὲ δὴ πλοίοις ἐζεύχθη ὁ πόρος, πότερα ξυνδεθεῖσαι αἱ νῆες σχοίνοις καὶ κατὰ στοῖχον ὁρμισθεῖσαι ἐς τὸ ζεῦγμα ἀπήρκεσαν, ὡς λέγει Ἡρόδοτος ὁ Ἁλικαρνασεὺς ζευχθῆναι τὸν Ἑλλήσποντον, ἢ ὅτῳ τρόπῳ Ῥωμαίοις ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ ζεῦγμα ποιεῖται καὶ ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ τῷ Κελτικῷ, καὶ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγρητα, ὁσάκις κατέλαβεν αὐτοὺς ἀνάγκη, ἐγεφύρωσαν, οὐδὲ τοῦτο ἔχω ξυμβαλεῖν. (3) Καίτοι γε ταχυτάτη ὧν ἐγὼ οἶδα Ῥωμαίοις ἡ γεφύρωσις ἡ διὰ τῶν νεῶν γίγνεται, καὶ ταύτην ἐγὼ ἀφηγήσομαι ἐν τῷ παρόντι, ὅτι λόγου ἀξία. Αἱ νῆες αὐτοῖς κατὰ τοῦ ῥοῦ ἀφίενται ἀπὸ ξυνθήματος, οὐκ ἐπ' εὐθύ, ἀλλὰ καθάπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι. Ταύτας ὑποφέρει μέν, οἷα εἰκός, ὁ ῥοῦς, ἀνέχει δὲ κελήτιον ἐπῆρες, ἔστ' ἂν καταστήσῃ ἐς τὸ τεταγμένον χωρίον· καὶ ἐνταῦθα ἤδη καθίεται πλέγματα ἐκ λύγου πυραμοειδῆ πλήρη λίθων λογάδων ἀπὸ πρῴρας ἑκάστης νεώς, τοῦ ἀνέχειν τὴν ναῦν πρὸς τὸν ῥοῦν. (4) Ὅτε δὲ δὴ μία τις τῶν νεῶν ἅμα δὴ ἐσχέθη, καὶ ἄλλη, ἀπὸ ταύτης διέχουσα ὅσον ξύμμετρον πρὸς ἰσχὺν τῶν ἐπιβαλλομένων, ἀντίπρῳρος πρὸς τὸ ῥεῦμα ὁρμίζεται· καὶ ἀπ' ἀμφοῖν ξύλα τε ἐς εὐθὺ ὀξέως ἐπιβάλλεται καὶ σανίδες ἐγκάρσιαι ἐς τὸ ξυνδεῖν. Καὶ διὰ πασῶν οὕτω τῶν νεῶν, ὅσαι ἱκαναὶ γεφυρῶσαι τὸν πόρον, χωρεῖ τὸ ἔργον. (5) Ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ ζεύγματος κλίμακες προβάλλονται καταπηγνύμεναι, τοῦ ἀσφα-

CAP. VII.

4. Porro eo loco quo et pugna commissa fuerat et quo ad trajiciendum Hydaspen moverat, urbes condidit, atque alteram quidem a victoria adversus Indos parta Nicæam appellavit: alteram, Bucephalam in equi sui Bucephali memoriam, qui quidem eo loci interiit, non quidem ab aliquo vulneratus, sed laboribus pariter atque ætate fractus, (5) siquidem trigesimum annum agebat, quum hæc defatigatio ei accideret. Multos vero etiam antea labores, multaque pericula cum Alexandro obierat, solumque Alexandrum sessorem admittebat, reliquos rejiciebat, magnitudine simul corporis eximia atque animo generoso præditus. Nota ei impressa erat bovis caput, cujus etiam causa nomen ei Bucephalo inditum est; vel quod, ut aliis placet, quum ipse nigri coloris esset, albam in capite notam haberet, bovis capiti perquam similem. (6) Hunc ipsum equum quum in Uxiorum regione amisisset Alexander, per universam regionem proclamari jussit, nisi equum ei reducerent, se Uxios omnes ad internecionem interfecturum. Ad hoc edictum equus statim reductus fuit. Adeo hic carus Alexandro, et Alexander terribilis barbaris fuit. Et hæc quidem in laudem Bucephali Alexandri causa dicta sint.

ΚΕΦ. Κ'.

Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἐπειδὴ οἱ ἀποθανόντες ἐν τῇ μάχῃ κεκόσμηντο τῷ πρέποντι κόσμῳ, ὁ δὲ τοῖς θεοῖς τὰ νομιζόμενα ἐπινίκια ἔθυε, καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτῷ γυμνικὸς καὶ ἱππικὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου ἵναπερ τὸ πρῶτον διέβη ἅμα τῷ στρατῷ. (2) Κράτερον μὲν δὴ ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς ὑπελείπετο, τὰς πόλεις ἅστινας ταύτῃ ἔκτιζεν ἀναστήσοντά τε καὶ ἐκτειχιοῦντα· αὐτὸς δὲ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς προσχώρους τῇ Πώρου ἀρχῇ Ἰνδούς. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυγανῖκαι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι· ὁποτέρως δὲ ἔχει τὸ ὄνομα οὔ μοι μέλει. (3) Ἐπῄει δὲ τὴν χώραν αὐτῶν Ἀλέξανδρος τῶν τε ἑταίρων ἱππέων ἔχων τοὺς ἡμίσεας καὶ τῶν πεζῶν ἀπὸ φάλαγγος ἑκάστης ἐπιλέκτους καὶ τοὺς ἱπποτοξότας ξύμπαντας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας· καὶ προσεχώρουν αὐτῷ ὁμολογίᾳ πάντες. (4) Καὶ ἔλαβε πόλεις μὲν ἐς τριάκοντα καὶ ἑπτά, ὧν ἵνα ὀλιγοστοὶ ἦσαν οἰκήτορες πεντακισχιλίων οὐκ ἐλάττους ἦσαν, πολλῶν δὲ καὶ ὑπὲρ τοὺς μυρίους· καὶ κώμας πλήθει τε πολλὰς ἔλαβε καὶ πολυανθρώπους οὐ μεῖον τῶν πόλεων. Καὶ ταύτης τῆς χώρας Πώρῳ ἄρχειν ἔδωκε· καὶ Ταξίλῃ δὲ διαλλάττει Πῶρον καὶ Ταξίλην ἀποπέμπει ὀπίσω ἐς τὰ ἤθη τὰ αὐτοῦ.

5. Ἐν τούτῳ δὲ παρά τε Ἀβισάρου πρέσβεις ἧκον, ἐνδιδόντες αὐτόν τε Ἀλεξάνδρῳ Ἀβισάρην καὶ τὴν χώραν ὅσης ἦρχε. Καίτοι πρό γε τῆς μάχης τῆς πρὸς Πῶρον γενομένης Ἀλεξάνδρῳ ἐπενόει Ἀβισάρης καὶ αὐτὸς ξὺν Πώρῳ τάσσεσθαι· τότε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὐτοῦ ξὺν τοῖς ἄλλοις πρέσβεσι παρ' Ἀλέξανδρον ἔπεμψε, χρήματά τε κομίζοντα καὶ ἐλέφαντας τεσσαράκοντα δῶρον Ἀλεξάνδρῳ. (6) Ἧκον δὲ καὶ παρὰ τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν πρέσβεις παρ' Ἀλέξανδρον καὶ παρὰ Πώρου ἄλλου του ὑπάρχου Ἰνδῶν. Ἀλέξανδρος δὲ διὰ τάχους Ἀβισάρην ἰέναι παρ' αὐτὸν κελεύει, ἐπαπειλήσας, εἰ μὴ ἔλθοι, ὅτι αὐτὸν ὄψεται ἥκοντα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἵνα οὐ χαιρήσει ἰδών.

7. Ἐν τούτῳ δὲ Φραταφέρνης τε ὁ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίας σατράπης τοὺς καταλειφθέντας παρὰ οἷ Θρᾷκας ἄγων ἧκεν ὡς Ἀλέξανδρον καὶ παρὰ Σισικόττου τοῦ Ἀσσακηνῶν σατράπου ἄγγελοι, ὅτι τόν τε ὕπαρχον σφῶν ἀπεκτονότες εἶεν οἱ Ἀσσακηνοὶ καὶ ἀπ' Ἀλεξάνδρου ἀφεστηκότες. Καὶ ἐπὶ τούτους Φίλιππον ἐκπέμπει καὶ Τυριάσπην σὺν στρατιᾷ, τὰ περὶ τὴν Ἀσσακηνῶν χώραν καταστησομένους καὶ κοσμήσοντας.

8. Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν προὐχώρει. Τούτου τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὸ μέγεθος μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν· εἶναι γὰρ ἵνα ἐπέρασεν αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῶν πλοίων τε καὶ τῶν διφθερῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ τὸ μὲν ῥεῦμα ὀξὺ τοῦ Ἀκεσίνου πέτραις μεγάλαις καὶ ὀξείαις, καθ' ὧν φερόμενον βίᾳ τὸ ὕδωρ κυμαίνεσθαί τε καὶ καχλάζειν· τὸ δὲ εὖρος σταδίους ἐπέχειν πεντεκαίδεκα.

CAP. XX.

Alexander quum iis qui in pugna cecidissent debitum honorem persolvisset, sacrificiaque consueta diis pro victoria fecisset, ludis etiam gymnicis atque equestribus ad Hydaspis ripam habitis, (2) eo loco quo primum cum exercitu trajecit, Craterum cum parte copiarum reliquit, qui urbes quas ibi condere cœperat exædificaret, muroque cingeret. Ipse in Indos Pori regno finitimos movit. Hi Glauganicæ, ut auctor est Aristobulus, dicebantur: ut vero Ptolemæus, Glausæ; quonam nomine rectius appellati fuerint non ego curo. (3) Alexander regionem eorum ingressus est, equitatus amicorum alteram partem apud se habens, et ex singulis peditum phalangibus selectissimos quosque, equestres sagittarios omnes, Agrianos præterea et sagittarios. Nec mora, omnes se ei dediderunt. (4) Adhæc urbes XXXVII recepit, quarum quæ minima erat, non minus VM incolarum habebat: multæ vero etiam ultra XM. Pagorum quoque magnum numerum cepit, atque eos quidem non minus quam urbes ipsas incolarum frequentia celebres. Totius vero hujusce regionis imperium Poro dedit. Taxilem etiam Poro conciliatum in suas sedes dimittit.

5. Per id tempus legati ab Abisare venerunt; Abisarem ipsum totamque ejus regionem dedentes. Porro ante pugnam cum Poro commissam statuerat Abisares copias suas cum Poro conjungere. Tum vero fratrem suum aliosque legatos ad Alexandrum cum pecuniis et elephantis XL misit. (6) Venerunt etiam legati ab Indis qui libere suis legibus utentes vivunt, et a Poro alio Indorum præfecto. Alexander confestim Abisarem ad se venire jubet, minatus nisi pareret se cum exercitu magno ejus malo ad ipsum venturum.

7. Dum hæc geruntur, Phrataphernes Parthorum atque Hyrcaniæ satrapa cum Thracibus sibi commissis ad Alexandrum venit; et nuntii a Sisicotto Assacenorum satrapa, Assacenos interfecto prætore ab Alexandro defecisse nuntiantes. Adversus hos Philippum et Tyriaspem cum exercitu mittit, qui Assacenorum motus compescant, et provinciam regant.

8. Ipse ad Acesinem amnem movit. Hujus amnis solius ex Indiæ fluminibus magnitudinem Ptolemæus Lagi filius descripsit. Esse enim, ea parte qua Alexander cum navigiis et pellibus cum exercitu transmisit, rapidum Acesinis cursum magnis asperisque cautibus interjectis, quibus illisæ ac repercussæ undæ ingentes æstus strepitusque concitent. Latitudinem vero esse quindecim stadiorum. (9)

(9) Καὶ τοῖς μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθερῶν περῶσιν εὐμαρῆ γενέσθαι τὸν πόρον· τοὺς δὲ ἐν τοῖς πλοίοις διαβαίνοντας ἐποκειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖς πέτραις καὶ ξυναραχθέντων οὐκ ὀλίγους αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι. Εἴη ἂν οὖν ἐκ τοῦδε τοῦ λόγου ξυντιθέντι τεκμηριοῦσθαι ὅτι οὐ πόῤῥω τοῦ ἀληθοῦς ἀναγέγραπται τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ μέγεθος ὅσοις ἐς τεσσαράκοντα σταδίους δοκεῖ τοῦ Ἰνδοῦ εἶναι τὸ εὖρος ἵνα μέσως ἔχει αὐτὸς αὐτοῦ ὁ Ἰνδός· ἵνα δὲ στενώτατός τε καὶ διὰ στενότητα βαθύτατος, ἐς τοὺς πεντεκαίδεκα συνάγεσθαι· καὶ ταῦτα πολλαχῆ εἶναι τοῦ Ἰνδοῦ. Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Ἀκεσίνου τεκμαίρομαι ἐπιλέξασθαι Ἀλέξανδρον ἵναπερ τὸ πλατύτατον ἦν τοῦ πόρου, ὡς σχολαιτέρῳ χρήσασθαι τῷ ῥεύματι.

Atque iis quidem qui utribus transportati sunt facilem trajectum fuisse : eorum vero qui navibus transvecti sunt, quum pleræque cautibus illisæ rumperentur, non paucos in amne periisse. Ex quibus verbis facile quis colligere queat, non multum a vero abhorrere quod de Indi amnis magnitudine scriptum est ab iis qui latitudinem XL stadiorum esse statuunt ubi latissimus is sit : ubi vero angustissimus et ob angustiam profundissimus, in XV stadia contrahi. Atque hanc quidem mediam fere esse Indi fluminis plerisque in locis latitudinem. Etenim existimaverim Alexandrum ad Acesinem quoque trajiciendum eam partem delegisse qua maxime amplus ejus cursus eaque de causa minus rapidus esset.

ΚΕΦ. ΚΑ.

Περάσας δὲ τὸν ποταμὸν Κοῖνον μὲν ξὺν τῇ αὑτοῦ τάξει ἀπολείπει αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ, προστάξας ἐπιμελεῖσθαι τῆς ὑπολελειμμένης στρατιᾶς τῆς διαβάσεως, οἳ τόν τε σῖτον αὐτῷ τὸν ἐκ τῆς ἤδη ὑπηκόου τῶν Ἰνδῶν χώρας καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια παρακομίζειν ἔμελλον. (2) Πῶρον δὲ ἐς τὰ αὑτοῦ ἤθη ἀποπέμπει, κελεύσας Ἰνδῶν τε τοὺς μαχιμωτάτους ἐπιλεξάμενον καὶ εἴ τινας παρ' αὑτῷ ἔχοι ἐλέφαντας, τούτους δὲ ἀναλαβόντα ἰέναι παρ' αὐτόν. Αὐτὸς δὲ Πῶρον τὸν ἕτερον τὸν κακόν, ὅτι ἐξηγγέλθη πεφευγέναι ἀπολιπὼν τὴν χώραν ἧς ἦρχεν, ἐπενόει διώκειν ξὺν τοῖς κουφοτάτοις τῆς στρατιᾶς. (3) Ὁ γὰρ Πῶρος οὗτος, ἔστε μὲν πολέμια ξυνειστήκει Ἀλεξάνδρῳ τὰ πρὸς τὸν ἄλλον Πῶρον, πρέσβεις παρ' Ἀλέξανδρον πέμπων, αὑτόν τε καὶ τὴν ὑπὸ οἷ χώραν ἐνεδίδου Ἀλεξάνδρῳ, κατὰ ἔχθος τὸ Πώρου μᾶλλον ἢ φιλίᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου· ὡς δὲ ἀφειμένον τε ἐκεῖνον καὶ πρὸς τῇ αὑτοῦ καὶ ἄλλης πολλῆς ἄρχοντα ἔμαθε, τότε δὴ φοβηθείς, οὐχ οὕτω τι Ἀλέξανδρον, ὡς τὸν Πῶρον ἐκεῖνον τὸν ὁμώνυμον, φεύγει τὴν ἑαυτοῦ, ἀναλαβὼν ὅσους τῶν μαχίμων ξυμπεῖσαι ἠδυνήθη μετασχεῖν οἱ τῆς φυγῆς.

4. Ἐπὶ τοῦτον ἐλαύνων Ἀλέξανδρος ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, ἄλλον αὖ τοῦτον Ἰνδὸν ποταμόν, τὸ μὲν εὖρος οὐ μείονα τοῦ Ἀκεσίνου, ὀξύτητι δὲ τοῦ ῥοῦ μείονα. Ὅσην δὲ τῆς χώρας ἔστε ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ἐπῆλθε, φυλακὰς ὑπέλιπεν ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις χωρίοις, ὅπως οἱ ἀμφὶ Κρατερόν τε καὶ Κοῖνον δι' ἀσφαλείας ἐπέρχοιντο τῆς χώρας τὴν πολλὴν προνομεύοντες. (5) Ἐνταῦθα Ἡφαιστίωνα μὲν ἐκπέμπει, δοὺς αὐτῷ μέρος τῆς στρατιᾶς, πεζῶν μὲν φάλαγγας δύο, ἱππέων δὲ τήν τε αὑτοῦ καὶ τὴν Δημητρίου ἱππαρχίαν καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, ἐς τὴν Πώρου τοῦ ἀφεστηκότος χώραν, κελεύσας παραδιδόναι ταύτην Πώρῳ τῷ ἄλλῳ, καὶ εἰ δή τινα πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ αὐτόνομα ἔθνη Ἰνδῶν νέμεται, καὶ ταῦτα προσαγαγόμενον τῷ Πώρῳ ἄρχειν ἐγχειρίσαι. (6) Αὐτὸς δὲ ἐπέρα τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, οὐ καθάπερ τὸν

CAP. XXI.

Transmisso itaque flumine, Cœnum cum suis copiis ad ripam relinquit, qui reliqui exercitus transitum curaret, qui et frumentum et alia necessaria ex regione Indorum quæ ei jam parebat allaturi erant. (2) Porum in regnum suum remittit, mandatis additis, ut lectissimis Indorum qui bellicosissimi haberentur copiis, et elephantis (si quos haberet) collectis ad se veniret. Ipse vero alium illum Porum hominem malum, qui deserta provincia cui præerat fugisse nuntiabatur, cum expeditissimo milite insequi statuit. (3) Porus enim hic, quamdiu Alexander cum altero Poro bellum gerebat, legationes ad Alexandrum mittens se pariter et regionem cui imperabat Alexandro dedebat, magis odio Pori quam amore Alexandri motus. Quum autem Porum ad Alexandrum venisse, et regnum suum idque multo auctius ei restitutum esse cognovit, non tam Alexandri quam Pori, qui ejusdem cum ipso nominis erat, metu e provincia sua aufugit, omnibus iis qui bello apti essent, (quibus quidem persuadere potuit ut fugæ comites essent) secum sumptis.

4. In hunc profectus Alexander ad Hydraoten alium Indiæ fluvium pervenit, latitudine quidem Acesine nihilo minorem, cursus vero rapiditate inferiorem. Et per omnem regionem præsidia idoneis locis posuit, ut Craterus et Cœnus tuto ad se pervenirent, frumento per maximam regionis partem direpto. (5) Deinde Hephæstioni partem exercitus committens, peditum scilicet phalanges duas, ex equitibus Demetrii agmen et suum ipsius, et sagittariorum dimidiam partem, eum in Pori illius qui aufugerat regionem mittit, eamque ut alteri Poro tradat jubet. Et si quæ aliæ ad ripam Hydraotis fluvii gentes Indorum essent libere suis legibus viventes, earum omnium gubernationem Poro det. (6) Ipse Hydrao-

Ἀκεσίνην χαλεπῶς. Προχωροῦντι δὲ αὐτῷ ἐπ' ἐκεῖνα τῆς ὄχθης τοῦ Ὑδραώτου τοὺς μὲν πολλοὺς καθ' ὁμολογίαν προσχωρεῖν ξυνέβαινεν, ἤδη δέ τινας ξὺν ὅπλοις ἀπαντήσαντας· τοὺς δὲ καὶ ὑποφεύγοντας ἑλὼν βίᾳ κατεστρέψατο.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ἐν τούτῳ δὲ ἐξαγγέλλεται Ἀλεξάνδρῳ τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἄλλους τέ τινας καὶ τοὺς καλουμένους Καθαίους αὐτούς τε παρασκευάζεσθαι ὡς πρὸς μάχην, εἰ προσάγοι τῇ χώρᾳ αὐτῶν Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσα ὅμορά σφισιν ὡσαύτως αὐτόνομα, καὶ ταῦτα παρακαλεῖν ἐς τὸ ἔργον· (2) εἶναι δὲ τήν τε πόλιν ὀχυρὰν πρὸς ἣν ἐπενόουν ἀγωνίσασθαι· Σάγγαλα ἦν τῇ πόλει ὄνομα, καὶ αὐτοὶ οἱ Καθαῖοι εὐτολμότατοί τε καὶ τὰ πολέμια κράτιστοι ἐνομίζοντο· καὶ τούτοις κατὰ τὰ αὐτὰ Ὀξυδράκαι ἄλλο Ἰνδῶν ἔθνος, καὶ Μαλλοί, ἄλλο καὶ τοῦτο· ἐπεὶ καὶ ὀλίγῳ πρόσθεν στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς Πῶρόν τε καὶ Ἀβισάρην ξύν τε τῇ σφετέρᾳ δυνάμει καὶ πολλὰ ἄλλα ἔθνη τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἀναστήσαντας οὐδὲν πράξαντας τῆς παρασκευῆς ἄξιον ξυνέβη ἀπελθεῖν.

3. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, σπουδῇ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς Καθαίους. Καὶ δευτεραῖος μὲν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ὑδραώτου πρὸς πόλιν ἧκεν ᾗ ὄνομα Πίμπραμα· τὸ δ' ἔθνος τοῦτο τῶν Ἰνδῶν Ἀδραϊσταὶ ἐκαλοῦντο. Οὗτοι μὲν δὴ προσεχώρησαν ὁμολογίᾳ Ἀλεξάνδρῳ. (4) Καὶ Ἀλέξανδρος ἀναπαύσας τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν, τῇ τρίτῃ προὐχώρει ἐπὶ τὰ Σάγγαλα, ἵνα οἱ Καθαῖοί τε καὶ οἱ ἄλλοι πρόσχωροι αὐτοῖς ξυνεληλυθότες πρὸ τῆς πόλεως παρατεταγμένοι ἦσαν ἐπὶ γηλόφου οὐ πάντῃ ἀποτόμου· κύκλῳ δὲ τοῦ γηλόφου ἁμάξας περιστήσαντες ἐντὸς αὐτῶν ἐστρατοπέδευον, ὡς τριπλοῦν χάρακα προβεβλῆσθαι πρὸ τῶν ἁμαξῶν. (5) Ἀλέξανδρος δὲ τό τε πλῆθος κατιδὼν τῶν βαρβάρων καὶ τοῦ χωρίου τὴν φύσιν, ὡς μάλιστα πρὸς τὰ παρόντα ἐν καιρῷ οἱ ἐφαίνετο παρετάσσετο· καὶ τοὺς μὲν ἱπποτοξότας εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐκπέμπει ἐπ' αὐτούς, ἀκροβολίζεσθαι κελεύσας παριππεύοντας, ὡς μήτε ἐκδρομήν τινα ποιήσασθαι τοὺς Ἰνδοὺς πρὶν ξυνταχθῆναι αὐτῷ τὴν στρατιὰν καὶ ὡς πληγὰς γίγνεσθαι αὐτοῖς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐντὸς τοῦ ὀχυρώματος. (6) Αὐτὸς δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν ἱππέων τὸ ἄγημα κατέστησε καὶ τὴν Κλείτου ἱππαρχίαν, ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς ὑπασπιστάς, καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς Ἀγριᾶνας· κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον Περδίκκας αὐτῷ ἐτέτακτο, τήν τε αὑτοῦ ἔχων ἱππαρχίαν καὶ τὰς τῶν πεζεταίρων τάξεις· ἐπὶ κέρως δὲ ἑκατέρου οἱ τοξόται αὐτῷ διχῇ διακριθέντες ἐτάχθησαν. (7) Ἐκτάσσοντι δὲ αὐτῷ παρεγένοντο καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ὀπισθοφυλακίας πεζοί τε καὶ ἱππεῖς. Καὶ τούτων τοὺς μὲν ἱππέας ἐπὶ τὰ κέρατα διελὼν παρήγαγεν· ἀπὸ δὲ τῶν πεζῶν τῶν προσγενομένων πυκνοτέραν τὴν ξύγκλεισιν τῆς φάλαγγος ποιήσας, αὐτὸς ἀναλαβὼν τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένην παρήγαγεν ἐπὶ

ten fluvium non ita difficulter atque Acesinem trajecit. Dehinc ultra ripam Hydraotis progressus, plerosque deditione recepit: nonnullos etiam cum armis occurrentes, alios vero fugientes captos vi subegit.

CAP. XXII.

Inter hæc Alexandro nuntiatur alios quosdam Indos liberos et Cathæos paratos esse, si eo exercitum duceret, pugnam experiri, reliquosque finitimos, qui sicut ipsi libere viverent, ad societatem sollicitare: (2) urbem vero ad quam confligere statuissent, nomine Sangala, munitam esse. Cathæi quoque strenui in primis reique bellicæ peritissimi habebantur. Cum his conspirasse Oxydracas aliam Indorum gentem, et Mallos aliam ab his diversam; adversus quos paulo ante et Abisares et Porus conjunctis copiis, ac multis Indorum in societatem adscitis, profecti, quum nihil tanto belli apparatu dignum gessissent, recesserant.

3. Hæc ut Alexandro nuntiata sunt, confestim in Cathæos contendit, et secundis castris ab Hydraote fluvio ad urbem pervenit cui Pimprama nomen est. Ea Indorum gens Adraistæ vocabantur. Ii statim pactionibus deditionem fecerunt. (4) Alexander postero die militibus ad quietem dato, tertio die Sangala profectus est, ubi et Cathæi aliique his finitimi qui sese iis conjunxerant, ante urbem in colle non omnino arduo instructa acie stabant. Hunc collem velut triplici vallo in orbem curribus dispositis muniebant, castris in medio locatis. (5) Alexander naturam loci hostiumque multitudinem contemplatus, quomodo commodissimum visum est aciem instruxit, et sagittarios equestres, uti erant, continuo qui adequitantes hostem telis lacessant emittit, ne nimirum Indi nondum satis instructa Macedonum acie excursionem aliquam faciant, utque Indis intra ipsa munimenta consistentibus ante pugnam damnum inferretur. (6) Dehinc equitum agema ad dextrum cornu constituit, quibus Cliti equitum præfecturam adjunxit. Proximos his scutatos locat, deinde Agrianos. Ad sinistrum cornu Perdiccam statuit, sua equestri præfectura et peditum amicorum agminibus instructum; sagittarios in utrumque cornu divisit. (7) Alexandro ita aciem instruente, pedites atque equites qui novissimo agmini præsidio erant adveniunt. Atque ex his quidem equites cornibus admovit: ex peditibus vero qui accesserant, phalangis structura confertiore effecta, ipse assumto equitatu quem ad dextram

τὰς κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Ἰνδῶν ἁμάξας. Ταύτῃ γὰρ εὐπροσοδώτερον αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ χωρίον καὶ οὐ πυκναὶ ὡσαύτως αἱ ἅμαξαι ἐφειστήκεσαν.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἵππον προσαγαγοῦσαν οὐκ ἐξέδραμον οἱ Ἰνδοὶ ἔξω τῶν ἁμαξῶν, ἀλλ' ἐπιβεβηκότες αὐτῶν ἀφ' ὑψηλοῦ ἠκροβολίζοντο, γνοὺς Ἀλέξανδρος ὅτι οὐκ εἴη τῶν ἱππέων τὸ ἔργον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου πεζὸς ἐπῆγε τῶν πεζῶν τὴν φάλαγγα. (2) Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν πρώτων ἁμαξῶν οὐ χαλεπῶς ἐβιάσαντο οἱ Μακεδόνες τοὺς Ἰνδούς· πρὸ δὲ τῶν δευτέρων οἱ Ἰνδοὶ παραταξάμενοι ῥᾷον ἀπεμάχοντο, οἷα δὴ πυκνότεροί τε ἐφεστηκότες ἐν ἐλάττονι τῷ κύκλῳ καὶ τῶν Μακεδόνων οὐ κατ' εὐρυχωρίαν ὡσαύτως προσαγόντων σφίσιν, ἐν ᾧ τάς τε πρώτας ἁμάξας ὑπεξῆγον καὶ κατὰ τὰ διαλείμματα αὐτῶν ὡς ἑκάστοις προὐχώρει ἀτάκτως προσέβαλλον· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τούτων ὅμως ἐξώσθησαν οἱ Ἰνδοὶ βιασθέντες πρὸς τῆς φάλαγγος. (3) Οἱ δὲ οὐκέτι ἐπὶ τῶν τρίτων ἔμενον, ἀλλ' ὡς τάχους εἶχον φυγῇ εἰς τὴν πόλιν κατεκλείσθησαν. Καὶ Ἀλέξανδρος ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιεστρατοπέδευσε τοῖς πεζοῖς τὴν πόλιν ὅσα γε ἠδυνήθη αὐτῷ περιβαλεῖν ἡ φάλαγξ· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπέχον τὸ τεῖχος τῷ στρατοπέδῳ κυκλώσασθαι οὐ δυνατὸς ἐγένετο· (4) κατὰ δὲ τὰ διαλείποντα αὐτοῦ, ἵνα καὶ λίμνη οὐ μακρὰν τοῦ τείχους ἦν, τοὺς ἱππέας ἐπέταξεν ἐν κύκλῳ τῆς λίμνης, γνοὺς οὐ βαθεῖαν οὖσαν τὴν λίμνην καὶ ἅμα εἰκάσας ὅτι φοβεροὶ γενόμενοι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τῆς προτέρας ἥττης ἀπολείψουσι τῆς νυκτὸς τὴν πόλιν. (5) Καὶ ξυνέβη οὕτως ὅπως εἴκασεν· ἀμφὶ γὰρ δευτέραν φυλακὴν ἐκπίπτοντες ἐκ τοῦ τείχους οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἐνέκυρσαν ταῖς προφυλακαῖς τῶν ἱππέων, καὶ οἱ μὲν πρῶτοι αὐτῶν κατεκόπησαν πρὸς τῶν ἱππέων· οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις αἰσθόμενοι ὅτι φυλάσσεται ἐν κύκλῳ ἡ λίμνη ἐς τὴν πόλιν αὖθις ἀνεχώρησαν.

6. Ἀλέξανδρος δὲ χάρακί τε διπλῷ περιβάλλει ἵναπερ μὴ εἶργεν ἡ λίμνη τὴν πόλιν καὶ φυλακὰς ἐν κύκλῳ τῆς λίμνης ἀκριβεστέρας κατέστησεν. Αὐτὸς δὲ μηχανὰς προσάγειν τῷ τείχει ἐπενόει, ὡς κατασείειν τὸ τεῖχος. Αὐτομολήσαντες δὲ αὐτῷ τῶν ἐκ τῆς πόλεως τινες φράζουσιν ὅτι ἐν νῷ ἔχοιεν αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐκπίπτειν ἐκ τῆς πόλεως οἱ Ἰνδοὶ κατὰ τὴν λίμνην ἵναπερ τὸ ἐκλιπὲς ἦν τοῦ χάρακος. (7) Ὁ δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου ἐπιτάττει ἐνταῦθα, τῶν τε ὑπασπιστῶν αὐτῷ δοὺς χιλιαρχίας τρεῖς καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ξύμπαντας καὶ μίαν τάξιν τῶν τοξοτῶν, ἀποδείξας τὸ χωρίον ᾗπερ μάλιστα εἴκαζε βιάσεσθαι τοὺς βαρβάρους· Σὺ δὲ ἐπειδὰν αἴσθῃ, ἔφη, βιαζομένους ταύτῃ, αὐτὸς μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ εἴργειν τοὺς βαρβάρους τοῦ πρόσω, τὸν δὲ σαλπιγκτὴν κέλευε σημαίνειν· ὑμεῖς δέ, ἄνδρες ἡγεμόνες, ἐπειδὰν σημανθῇ, ξὺν τοῖς καθ' αὐτοὺς ἕκαστοι

statuerat, in currus Indorum ad lævam collocatos duxit. Hac enim facilior ad collem aditus fore videbatur, neque ita densus erat ex hac parte curruum ordo.

CAP. XXIII.

Postquam vero Indi adversus adductum equitatum extra currus non procurrerent, sed conscensis iis tela ex editiore loco torquerent, equitatum parum idoneum ad hanc rem ratus, desiliens ex equo Alexander pedes ipse peditum phalangem in eos duxit. (2) Atqui a prima curruum serie non difficulter Indi a Macedonibus sunt repulsi. Ad secundum vero ordinem conferti facilius sese tuebantur, quippe quod et densiores in minori orbe curribus insisterent, et Macedones non ita spatioso loco in eos ferrentur dum et primos currus submovebant, et per illorum interstitia, prout quisque poterat, inordinate irrumpebant. Ceterum iis etiam curribus Indi a phalange depulsi sunt. (3) Neque in tertio curruum ordine diutius restiterunt, sed fuga quam celerrima potuerunt sese in urbem receperunt: quibus ea conclusis, Alexander eo ipso die peditum copiis, quatenus phalanx sufficiebat, oppidum obsedit. Murus enim in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset. (4) Vacuis vero peditatu locis, ubi et stagnum quoddam non procul a muris situm erat, equitatum circa hoc stagnum collocavit, sciens stagnum id parum profundum esse simulque facile conjiciens, Indos cladis acceptæ metu perculsos noctu urbem deserturos. (5) Quod quidem ita ut cogitarat evenit. Nam circiter secundam noctis vigiliam plerique eorum urbe elapsi, in equitum procubias inciderunt. Quorum quidem primi ab equitibus cæsi sunt: alii hos secuti quum stagnum equitatu circumsessum esse sensissent, rursus in urbem sese receperunt.

6. Alexander urbem, ea parte qua stagnum impediebat excepta, duplici vallo in orbem cingit, et accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. Ipse tormenta muris admovere eosque quatere statuit, quum transfugæ quidam ex urbe ad eum venientes nuntiarunt Indos ea nocte ex urbe sese subducere constituisse circa stagnum ea parte qua vallum desinebat. (7) Alexander Ptolemæum Lagi F. eo loco statuit, scutatorum tria millia ei adjungens, Agrianos omnes, unumque sagittariorum agmen, ostenso loco qua verisimile erat barbaros erupturos: mandatis additis, ut simulac eos eruptionem tentantes sensisset, ipse cum exercitu transitu prohibeat: tubicini ut signum tuba det jubeat. Ducibus etiam imperat, ut statim audito signo cum suis quisque

ξυντεταγμένοι ἰέναι ἐπὶ τὸν θόρυβον ἵν' ἂν ἡ σάλπιγξ παρακαλῇ. Ἀποστατήσω δὲ οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Ὁ μὲν ταῦτα παρήγγειλε· Πτολεμαῖος δὲ ἁμάξας τε ἐκ τῶν ἀπολελειμμένων ἐν τῇ πρώτῃ φυγῇ ἁμαξῶν ταύτῃ ξυναγαγὼν ὡς πλείστας κατέστησεν ἐγκαρσίας, ἵνα πολλὰ ἐν νυκτὶ τὰ ἄπορα φαίνηται τοῖς φεύγουσι, καὶ τοῦ χάρακος τοῦ κεκομμένου τε καὶ οὐ καταπηχθέντος συννῆσαι ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐκέλευσεν ἐν μέσῳ τῆς τε λίμνης καὶ τοῦ τείχους. Καὶ ταῦτα αὐτῷ οἱ στρατιῶται ἐν τῇ νυκτὶ ἐξειργάσαντο. (2) Ἤδη τε ἦν ἀμφὶ τετάρτην φυλακὴν καὶ οἱ βάρβαροι, καθάπερ ἐξήγγελτο Ἀλεξάνδρῳ, ἀνοίξαντες τὰς ὡς ἐπὶ τὴν λίμνην πύλας δρόμῳ ἐπ' αὐτὴν ἐφέροντο. Οὐ μὴν ἔλαθον τὰς ταύτῃ φυλακὰς οὐδὲ Πτολεμαῖον τὸν ἐπ' αὐταῖς τεταγμένον· ἀλλὰ ἐν τούτῳ οἵ τε σαλπιγκταὶ ἐσήμαινον αὐτῷ καὶ αὐτὸς τὴν στρατιὰν ὡπλισμένην τε καὶ ξυντεταγμένην ἔχων ἐχώρει ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. (3) Τοῖς δὲ αἵ τε ἅμαξαι ἐμποδὼν ἦσαν καὶ ὁ χάραξ ἐν μέσῳ καταβεβλημένος. Ὡς δὲ ἥ τε σάλπιγξ ἐφθέγξατο καὶ οἱ ἀμφὶ Πτολεμαῖον προσέκειντο αὐτοῖς, τοὺς ἀεὶ ἐκπίπτοντας διὰ τῶν ἁμαξῶν κατακαίνοντες, ἐνταῦθα δὴ ἀποστρέφονται αὖθις ἐς τὴν πόλιν. Καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἐς πεντακοσίους.

4. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Πῶρος ἀφίκετο, τούς τε ὑπολοίπους ἐλέφαντας ἅμα οἷ ἄγων καὶ τῶν Ἰνδῶν ἐς πεντακισχιλίους· αἵ τε μηχαναὶ Ἀλεξάνδρῳ ξυμπεπηγμέναι ἦσαν καὶ προσήγοντο ἤδη τῷ τείχει. Ἀλλὰ οἱ Μακεδόνες, πρὶν καὶ κατασεισθῆναί τι τοῦ τείχους, ὑπορύττοντές τε αὐτοὶ πλίνθινον ὂν τὸ τεῖχος καὶ τὰς κλίμακας ἐν κύκλῳ πάντῃ προσθέντες αἱροῦσι κατὰ κράτος τὴν πόλιν. (5) Καὶ ἀποθνήσκουσι μὲν ἐν τῇ καταλήψει τῶν Ἰνδῶν ἐς μυρίους καὶ ἑπτακισχιλίους, ἑάλωσαν δὲ ὑπὲρ τὰς ἑπτὰ μυριάδας καὶ ἅρματα τριακόσια καὶ ἱππεῖς πεντακόσιοι. Τῆς δὲ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατιᾶς ἀπέθανον μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν ἑκατὸν ἐν τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ· τραυματίαι δὲ οὐ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν ἐγένοντο, ἀλλ' ὑπὲρ τοὺς χιλίους καὶ διακοσίους, καὶ ἐν τούτοις τῶν ἡγεμόνων ἄλλοι τε καὶ Λυσίμαχος ὁ σωματοφύλαξ.

6. Θάψας δὲ ὡς νόμος αὐτῷ τοὺς τελευτήσαντας, Εὐμένη τὸν γραμματέα ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο πόλεις τὰς ξυναφεστώσας τοῖς Σαγγάλοις, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱππέων ἐς τριακοσίους, φράσοντας τοῖς ἔχουσι τὰς πόλεις τῶν τε Σαγγάλων τὴν ἅλωσιν καὶ ὅτι αὐτοῖς οὐδὲν ἔσται χαλεπὸν ἐξ Ἀλεξάνδρου ὑπομένουσί τε καὶ δεχομένοις φιλίως Ἀλέξανδρον· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄλλοις τισὶ γενέσθαι τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ὅσοι ἑκόντες σφᾶς ἐνέδοσαν. (7) Οἱ δέ (ἤδη γὰρ ἐξήγγελτο αὐτοῖς κατὰ κράτος ἑαλωκότα πρὸς Ἀλεξάνδρου τὰ Σάγγαλα) φοβεροὶ γενόμενοι ἔφευγον ἀπολιπόντες τὰς πόλεις. Καὶ Ἀλέξανδρος,

copiis, quo tuba vocaverit advolent. Se quoque pugnæ non defuturum promittit.

CAP. XXIV.

Atque hæc quidem Alexander quum imperasset, Ptolemæus multis curribus qui in prima illa fuga relicti fuerant collectis, transversos eos in via disponit, ut plures fugientibus per noctem difficultates apparerent; præterea quod erat vallorum jam cæsum at nondum in terram depactum connecti inter se hic illic in loco inter stagnum et murum medio jubet. Quod quidem ea nocte a militibus confectum est. (2) Barbari sub quartam noctis vigiliam, quemadmodum Alexandro significatum fuerat, effusi portis quæ ad stagnum vergebant, cursim eo ferebantur, sed neque procubias, neque Ptolemæum post eas constitutum latere potuerunt. In hoc rerum statu tubicines signum dant; ipse cum exercitu armato atque in ordinem redacto in barbaros contendit. (3) At vero currus et vallum loco inter stagnum medio ductum, magno barbaris impedimento erant. Quum vero ad tubæ sonitum Ptolemæi copiæ acriter in eos ferrentur, magnamque eorum qui subinde per currus penetrabant stragem ederent, rursus in urbem confugiunt: quingenti barbari in ea fuga cæsi.

4. Interea Porus advenit reliquos elephantos adducens, et Indorum v. Jamque et machinæ Alexandro confectæ erant et muris admovebantur. Macedones vero vel antequam ullam mœnium partem quassarent, lateritio muro suffosso scalisque omni ex parte admotis, urbem vi capiunt. (5) In ejus urbis expugnatione xvii millia Indorum trucidata sunt: capti supra lxx millia, currus ccc, equites d. De Alexandri exercitu circiter centum in universa obsidione desiderati, vulnerati fuerunt non pro numero cæsorum, supra mille et ducentos; mille enim circiter in his cum alii duces tum Lysimachus corporis custos.

6. Posthæc Alexander, cæsis patrio more sepultis, Eumenem scribam ad duas urbes, quæ una cum Sangalis defecerant, mittit, trecentis equitibus ei adjunctis, qui oppidanis denuntient, Sangala urbem abs se expugnatam esse, nihil vero ipsis sinistri eventurum, si Alexandri imperium non detrectantes amice eum excipiant; ut nec aliis Indis libere viventibus accidisset, qui voluntariam deditionem fecissent. (7) Sed hi jam antea de Sangalorum expugnatione certiores facti, metu perculsi desertis urbibus fugerant. Quorum fuga cognita, Alexander acriter eos insecutus est. At multi eorum fuga evaserunt; multo

ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ ἡ φυγή, σπουδῇ ἐδίωκεν· ἀλλὰ οἱ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἔφθασαν ἀποφυγόντες, διὰ μακροῦ γὰρ ἡ δίωξις ἐγίγνετο· ὅσοι δὲ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν ἀσθενείᾳ ὑπελείποντο, οὗτοι ἐγκαταληφθέντες πρὸς τῆς στρατιᾶς ἀπέθανον ἐς πεντακοσίους μάλιστα. (8) Ὡς δὲ ἀπέγνω διώκειν τοῦ πρόσω τοὺς φεύγοντας, ἐπανελθὼν ἐς τὰ Σάγγαλα, τὴν πόλιν μὲν κατέσκαψε, τὴν χώραν δὲ τῶν Ἰνδῶν τοῖς πάλαι μὲν αὐτονόμοις, τότε δὲ ἑκουσίως προσχωρήσασι προσέθηκε. Καὶ Πῶρον μὲν ξὺν τῇ δυνάμει τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἐκπέμπει ἐπὶ τὰς πόλεις αἳ προσκεχωρήκεσαν, φρουρὰς εἰσάξοντα εἰς αὐτάς· αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν ποταμὸν προὐχώρει, ὡς καὶ τοὺς ἐπ' ἐκεῖνα Ἰνδοὺς καταστρέψαιτο. Οὐδὲ ἐφαίνετο αὐτῷ πέρας τι τοῦ πολέμου ἔστε ὑπελείπετό τι πολέμιον.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Τὰ δὲ δὴ πέραν τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ εὐδαίμονά τε τὴν χώραν εἶναι ἐξηγγέλλετο καὶ ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μὲν γῆς ἐργάτας, γενναίους δὲ τὰ πολέμια καὶ ἐς τὰ ἴδια δὲ σφῶν ἐν κόσμῳ πολιτεύοντας· πρὸς γὰρ τῶν ἀρίστων ἄρχεσθαι τοὺς πολλούς, τοὺς δὲ οὐδὲν ἔξω τοῦ ἐπιεικοῦς ἐξηγεῖσθαι. Πλῆθός τε ἐλεφάντων εἶναι τοῖς ταύτῃ ἀνθρώποις πολύ τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους Ἰνδοὺς καὶ μεγέθει μεγίστους καὶ ἀνδρείᾳ. (2) Ταῦτα δὲ ἐξαγγελλόμενα Ἀλέξανδρον μὲν παρώξυνεν ἐς ἐπιθυμίαν τοῦ πρόσω ἰέναι· οἱ Μακεδόνες δὲ ἐξέκαμνον ἤδη ταῖς γνώμαις, πόνους τε ἐκ πόνων καὶ κινδύνους ἐκ κινδύνων ἐπαναιρούμενον ὁρῶντες τὸν βασιλέα· ξύλλογοί τε ἐγίγνοντο κατὰ τὸ στρατόπεδον τῶν μὲν τὰ σφέτερα ὀδυρομένων, ὅσοι ἐπιεικέστατοι, τῶν δὲ οὐκ ἀκολουθήσειν, οὐδ' ἢν ἄγῃ Ἀλέξανδρος, ἐπισχυριζομένων. Ταῦτα ὡς ἐπύθετο Ἀλέξανδρος, πρὶν καὶ ἐπὶ μεῖζον προελθεῖν τὴν ταραχὴν τοῖς στρατιώταις καὶ τὴν ἀθυμίαν, ξυγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν τάξεων ἔλεξεν ὧδε.

3. « Ὁρῶν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Μακεδόνες τε καὶ ξύμμαχοι, οὐχ ὁμοίᾳ ἔτι τῇ γνώμῃ ἑπομένους μοι ἐς τοὺς κινδύνους, ξυνήγαγον ἐς ταὐτό, ὡς ἢ πείσας ἄγειν τοῦ πρόσω ἢ πεισθεὶς ὀπίσω ἀποστρέφεσθαι. Εἰ μὲν δὴ μεμπτοί εἰσιν ὑμῖν οἱ μέχρι δεῦρο πονηθέντες πόνοι καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἡγούμενος, οὐδὲν ἔτι προὔργου λέγειν μοί ἐστιν. (4) Εἰ δὲ Ἰωνία τε πρὸς ὑμῶν διὰ τούσδε τοὺς πόνους ἔχεται καὶ Ἑλλήσποντος καὶ Φρύγες ἀμφότεροι καὶ Καππάδοκες καὶ Παφλαγόνες καὶ Λυδοὶ καὶ Κᾶρες καὶ Λύκιοι καὶ Παμφυλία τε καὶ Φοινίκη καὶ Αἴγυπτος ξὺν τῇ Λιβύῃ τῇ Ἑλληνικῇ καὶ Ἀραβίας ἔστιν ἃ καὶ Συρία ἥ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, (5) καὶ Βαβυλὼν δὲ ἔχεται καὶ τὸ Σουσίων ἔθνος καὶ Πέρσαι καὶ Μῆδοι καὶ ὅσων Πέρσαι καὶ Μῆδοι ἐπῆρχον, καὶ ὅσων δὲ οὐκ ἦρχον, τὰ ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, τὰ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Καυκάσου, ὅ τι ἂν ἐς τὰ πρόσω ἔτι τοῦ Ταναΐδος,

enim postea quam fugerant tempore insequi cœptum est. Quotquot vero e fuga ob valetudinem relicti sunt, quingenti circiter, ab exercitu comprehensi cæsique sunt. (8) Deposita itaque spe assequendi fugientes, Sangala reversus, urbem solo æquavit: regionem autem ipsam Indis, qui antea libere legibus suis vivebant et sponte deditionem fecerant, attribuit. Ac Porum quidem cum copiis suis ad urbes quæ deditionem fecerant mittit, præsidia iis impositurum; ipse cum exercitu ad Hyphasin amnem processit, Indos qui trans flumen habitabant, subacturus. Neque enim ullum belli finem cernebat, quamdiu aliquid hostile superesset.

CAP. XXV.

Porro regionem illam trans Hyphasin opulentam esse audierat, incolas et bonos agricolas et strenuos milites esse, privatim etiam composite vivere; plerasque enim civitates ab optimatibus regi nihilque ab iis inique decerni: majorem apud hosce quam apud ullos Indos elephantorum copiam esse et mole corporis roboreque excellere. (2) Quæ quidem Alexandro nuntiata, vehementi ejus animum ulterius procedendi studio exstimulabant. Macedonum vero animi jam fatiscere cœperant, quum regem labores ex laboribus suscipientem, pericula ex periculis adeuntem viderent. Conventus etiam in castris agebant, aliis, qui modestiores erant, fortunam suam deplorantibus: aliis se non secuturos etiam ducente rege affirmantibus. Quæ postquam cognovit Alexander, priusquam tumultus militaris simul et animorum abjectio longius serperet viresque acciperet convocatis ordinum ducibus ita disseruit.

3. « Quum intelligam vos, o Macedones et socii, non eadem qua soletis voluntate pericula mecum adire, idcirco hac mihi apud vos concione utendum esse putavi uti aut persuadens ulterius ducam, aut persuasus pedem referam. Porro, si neque labores in hunc usque diem actos, neque me qui ad eos subeundos dux vobis fui, probatis, non est quod pluribus vobiscum agam: (4) sin autem Ionia vobis hisce laboribus, Hellespontus, Phrygia utraque, Cappadocia, Paphlagonia, Lydia, Caria, Lycia, Pamphylia, Phœnice, et Ægyptus cum ea Libyæ parte quam Græci tenent, parta est: si Arabiæ etiam aliquam partem, et Syriam quæ Cœle et eam quæ Mesopotamia dicitur, (5) Babylonem præterea gentemque Susiorum subegistis: adhuc Persas ac Medos, gentesque omnes quæ horum imperio parebant, quæque non parebant: si regiones etiam trans portas Caspias, ultraque Caucasum positas, et qui ultra Tanaim habitant,

Βακτριανοί, Ὑρκάνιοι, ἡ θάλασσα ἡ Ὑρκανία, Σκύθας τε ἀνεστείλαμεν ἔστε ἐπὶ τὴν ἔρημον, ἐπὶ τούτοις μέντοι καὶ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς διὰ τῆς ἡμετέρας ῥεῖ, ὁ Ὑδάσπης διὰ τῆς ἡμετέρας, ὁ Ἀκεσίνης, ὁ Ὑδραώτης, τί ὀκνεῖτε καὶ τὸν Ὕφασιν καὶ τὰ ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ὑφάσιος γένη προσθεῖναι τῇ ὑμετέρᾳ Μακεδόνων ἀρχῇ; (6) ἢ δέδιτε μὴ δέξωνται ὑμᾶς ἔτι ἄλλοι βάρβαροι ἐπιόντας; ὧν γε οἱ μὲν προσχωροῦσιν ἑκόντες, οἱ δὲ φεύγοντες ἁλίσκονται, οἱ δὲ ἀποφυγόντες τὴν χώραν ἡμῖν ἔρημον παραδιδόασιν, ἡ δὲ τοῖς ξυμμάχοις τε καὶ τοῖς ἑκουσίως προσχωρήσασι προστίθεται.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Πέρας δὲ τῶν πόνων γενναίῳ μὲν ἀνδρὶ οὐδὲν δοκῶ ἔγωγε ὅτι μὴ αὐτοὺς τοὺς πόνους, ὅσοι αὐτῶν ἐς καλὰ ἔργα φέρουσιν. Εἰ δέ τις καὶ αὐτῷ τῷ πολεμεῖν ποθεῖ ἀκοῦσαι ὅ τιπερ ἔσται πέρας, μαθέτω ὅτι οὐ πολλὴ ἔτι ἡμῖν ἡ λοιπή ἐστιν ἔστε ἐπὶ τὸν ποταμόν τε Γάγγην καὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν· ταύτῃ δὲ λέγω ὑμῖν ξυναφὴς φανεῖται ἡ Ὑρκανία θάλασσα· ἐκπεριέρχεται γὰρ γῆν περὶ πᾶσαν ἡ μεγάλη θάλασσα. (2) Καὶ ἐγὼ ἐπιδείξω Μακεδόσι τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις τὸν μὲν Ἰνδικὸν κόλπον ξύρρουν ὄντα τῷ Περσικῷ, τὴν δὲ Ὑρκανίαν τῷ Ἰνδικῷ, ἀπὸ δε τοῦ Περσικοῦ εἰς Λιβύην περιπλευσθήσεται στόλῳ ἡμετέρῳ τὰ μέχρι Ἡρακλέους Στηλῶν· ἀπὸ δὲ Στηλῶν ἡ ἐντὸς Λιβύη πᾶσα ἡμετέρα γίγνεται, καὶ ἡ Ἀσία δὴ οὕτω πᾶσα, καὶ ὅροι τῆς ταύτῃ ἀρχῆς οὕσπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ θεὸς ἐποίησε. (3) Νῦν δὲ δὴ ἀποτρεπομένων πολλὰ μὲν μάχιμα ὑπολείπεται γένη ἐπ' ἐκεῖνα τοῦ Ὑφάσιος ἔστε ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν, πολλὰ δὲ ἀπὸ τούτων ἔτι ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν ὡς ἐπὶ βορρᾶν ἄνεμον, καὶ τὰ Σκυθικὰ γένη οὐ πόρρω τούτων, ὥστε δέος μὴ ἀπελθόντων ὀπίσω καὶ τὰ νῦν κατεχόμενα οὐ βέβαια ὄντα ἐπαρθῇ πρὸς ἀπόστασιν πρὸς τῶν μήπω ἐχομένων. (4) Καὶ τότε δὴ ἀνόνητοι ἡμῖν ἔσονται οἱ πολλοὶ πόνοι ἢ ἄλλων αὖθις ἐξ ἀρχῆς δεήσει πόνων τε καὶ κινδύνων. Ἀλλὰ παραμείνατε, ἄνδρες Μακεδόνες καὶ ξύμμαχοι. Πονούντων τοι καὶ κινδυνευόντων τὰ καλὰ ἔργα· καὶ ζῆν τε ξὺν ἀρετῇ ἡδὺ καὶ ἀποθνήσκειν κλέος ἀθάνατον ὑπολειπομένους. (5) Ἢ οὐκ ἴστε ὅτι ὁ πρόγονος ὁ ἡμέτερος οὐκ ἐν Τίρυνθι οὐδ' ἐν Ἄργει, ἀλλ' οὐδὲ ἐν Πελοποννήσῳ ἢ Θήβαις μένων ἐς τοσόνδε κλέος ἦλθεν ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι ἢ δοκεῖν; οὐ μὲν οὖν δὴ οὐδὲ Διονύσου, ἁβροτέρου τούτου θεοῦ ἢ καθ' Ἡρακλέα, ὀλίγοι πόνοι. Ἀλλὰ ἡμεῖς γε καὶ ἐπ' ἐκεῖνα τῆς Νύσης ἀφίγμεθα καὶ ἡ Ἄορνος πέτρα ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνάλωτος πρὸς ἡμῶν ἔχεται. (6) Ὑμεῖς δὲ καὶ τὰ ἔτι ὑπόλοιπα τῆς Ἀσίας πρόσθετε τοῖς ἤδη κεκτημένοις καὶ τὰ ὀλίγα τοῖς πολλοῖς. Ἐπεὶ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τί ἂν μέγα καὶ καλὸν κατεπέπρακτο, εἰ ἐν Μακεδονίᾳ καθήμενοι ἱκανὸν ἐποιούμεθα ἀπόνως τὴν οἰκείαν διασώζειν, Θρᾷκας

Bactrianos, Hyrcanios mareque Hyrcanium nobis subjecimus: si Scythas in solitudines repulimus, perfecimusque ut Indus amnis, Hydaspes, Acesines et Hydraotes per nostram ditionem fluant: quid cunctamini Hyphasin etiam, quæque ultra Hyphasin sunt gentes nostro Macedonum imperio adjicere? (6) An veremini ne alii adhuc barbari nos bellum inferentes excipiant? quum alii sua sponte deditionem faciant, alii fugientes capiantur, alii fuga elapsi regiones nobis ab incolis desertas relinquant, quas sociis et iis qui voluntarie sese dediderunt concedimus.

CAP. XXVI.

Ego vero nullum generoso viro laborum finem statuo, quam labores ipsos qui ad gloriam ac decus ducunt. Siquis tamen cupit cognoscere, quisnam bellandi finis futurus sit, is intelligat parum terræ nobis usque ad Gangem fluvium et orientalem Oceanum restare. Ibi (inquam) Hyrcanium mare huic conjunctum cernetis: ambit enim universum terrarum orbem Oceanus. (2) Tum ego vobis, Macedones ac socii, commonstrabo, Indicum quidem sinum cum Persico confluere, Hyrcanium vero cum Indico. A sinu vero Persico in Libyam usque ad Herculis columnas navigabimus. A columnis universa interior Libya nostra erit, tota etiam Asia, iidemque limites qui a deo orbi terrarum positi sunt, imperium nostrum terminabunt. (3) At si nunc revertamur, multæ quidem ultra Hyphasin ad orientalem usque oceanum bellicosæ gentes relinquuntur, multæ etiam septentrionem versus, ad mare usque Hyrcanium. Scythicæ quoque gentes non procul ab his remotæ sunt. Quare timendum nobis est ne retrocedentibus nobis ea etiam quæ nunc tenemus nondum satis stabilita, ab iis qui nondum subacti sunt ad defectionem incitentur. (4) Tum vero omnes acti labores nobis perierint, aut certe novi labores novaque pericula adeunda erunt. Quamobrem persistite, Macedones ac socii. Laborantium enim et periclitantium sunt præclara facinora; et vivere cum virtute jucundum est et mori immortalem nominis sui gloriam relinquentibus. (5) An ignoratis progenitorem nostrum nunquam ad tantam gloriam perventurum fuisse ut ex homine deus fieret aut haberetur, si apud Tirynthem aut Argos vel Peloponnesum aut Thebas deses mansisset? Sed neque Bacchi, cujus quidem sublimius quam Herculis numen est, exigui labores memorantur. Nos etiam ultra Nysam progressi sumus, et Aornos petra Herculi ipsi inexpugnabilis in nostra potestate est. (6) Vos itaque, quicquid in Asia reliqui est, iis quæ tenemus, pauca nimirum multis, adjicite. Siquidem nos etiam quidnam magnum ac memorabile in vita egissemus, si desides in Macedonia satis habuissemus, laboris expertes domesticam terram tueri,

τοὺς ὁμόρους ἢ Ἰλλυριοὺς ἢ Τριβαλλοὺς ἢ καὶ τῶν Ἑλλήνων ὅσοι οὐκ ἐπιτήδειοι ἐς τὰ ἡμέτερα ἀναστέλλοντες;

7. Εἰ μὲν δὴ ὑμᾶς πονοῦντας καὶ κινδυνεύοντας αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀκινδύνως ἐξηγούμενος ἦγον, οὐκ ἀπεικότως ἂν προεκάμνετε ταῖς γνώμαις, τῶν μὲν πόνων μόνοις ὑμῖν μετόν, τὰ δὲ ἆθλα αὐτῶν ἄλλοις περιποιοῦντες· νῦν δὲ κοινοὶ μὲν ἡμῖν οἱ πόνοι, ἴσον δὲ μέτεστι τῶν κινδύνων, τὰ δὲ ἆθλα ἐν μέσῳ κεῖται ξύμπασιν· (8) ἥ τε [γὰρ] χώρα ὑμετέρα καὶ ὑμεῖς αὐτῆς σατραπεύετε· καὶ τῶν χρημάτων τὸ μέρος νῦν τε ἐς ὑμᾶς τὸ πολὺ ἔρχεται καὶ ἐπειδὰν ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν, τότε οὐκ ἐμπλήσας μὰ Δί' ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλὼν ὅσα ἕκαστος ἐλπίζει ἀγαθὰ ἔσεσθαι τοὺς μὲν ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλοντας εἰς τὴν οἰκείαν ἀποπέμψω ἢ ἐπανάξω αὐτός· τοὺς δὲ αὐτοῦ μένοντας ζηλωτοὺς τοῖς ἀπερχομένοις ποιήσω.»

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπόντος Ἀλεξάνδρου πολὺν μὲν χρόνον σιωπὴ ἦν οὔτε ἀντιλέγειν τολμώντων πρὸς τὸν βασιλέα ἐκ τοῦ εὐθέος οὔτε ξυγχωρεῖν ἐθελόντων. Ἐν δὲ τούτῳ πολλάκις μὲν Ἀλέξανδρος ἐκέλευε λέγειν τὸν βουλόμενον, εἰ δή τις τὰ ἐναντία τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσι γιγνώσκει· ἔμενε δὲ καὶ ὣς ἐπὶ πολὺ ἡ σιωπή· ὀψὲ δέ ποτε θαρσήσας Κοῖνος ὁ Πολεμοκράτους ἔλεξε τοιάδε.

2. «Ἐπειδὴ αὐτός, ὦ βασιλεῦ, οὐ κατὰ πρόσταγμα ἐθέλεις Μακεδόνων ἐξηγεῖσθαι, ἀλλὰ πείσας μὲν ἄξειν φής, πεισθεὶς δὲ οὐ βιάσεσθαι, οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν τῶνδε ποιήσομαι ἐγὼ τοὺς λόγους, οἳ καὶ προτιμώμενοι τῶν ἄλλων καὶ τὰ ἆθλα τῶν πόνων οἱ πολλοὶ ἤδη κεκομισμένοι καὶ τῷ κρατιστεύειν παρὰ τοὺς ἄλλους πρόθυμοί σοι ἐς πάντα ἐσμέν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς τῆς πολλῆς. (3) Οὐδὲ ὑπὲρ ταύτης τὰ καθ' ἡδονὴν ἐκείνοις ἐρῶ, ἀλλ' ἃ νομίζω ξύμφορά τέ σοι ἐς τὰ παρόντα καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάλιστα ἀσφαλῆ εἶναι. Δίκαιος δέ εἰμι καθ' ἡλικίαν τε μὴ ἀποκρύπτεσθαι τὰ δοκοῦντα βέλτιστα καὶ κατὰ τὴν ἐκ σοῦ μοι οὖσαν ἐς τοὺς ἄλλους ἀξίωσιν καὶ κατὰ τὴν ἐν τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις ἐς τόδε ἀπροφάσιστον τόλμαν. (4) Ὅσῳ γάρ τοι πλεῖστα καὶ μέγιστά σοί τε ἡγουμένῳ καταπέπρακται καὶ τοῖς ἅμα σοὶ οἴκοθεν ὁρμηθεῖσι, τοσῷδε μᾶλλόν τι ξύμφορόν μοι δοκεῖ πέρας τι ἐπιθεῖναι τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις. Αὐτὸς γάρ τοι ὁρᾷς ὅσοι μὲν Μακεδόνων τε καὶ Ἑλλήνων ἅμα σοὶ ὡρμήθημεν, ὅσοι δὲ ὑπολελείμμεθα· (5) ὧν Θετταλοὺς μὲν ἀπὸ Βάκτρων εὐθύς, οὐ προθύμους ἔτι ἐς τοὺς πόνους αἰσθόμενος, οἴκαδε, καλῶς ποιῶν, ἀπέπεμψας· τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς σοῦ οἰκισθείσαις κατῳκισμένοι οὐδ' οὗτοι πάντῃ ἑκόντες μένουσιν· οἱ δέ,

Thracas finitimos aut Illyrios aut Triballos vel eos qui ex Græcis nobis infesti erant propulsantes?

7. Quod si vobis labores et pericula adeuntibus ego dux vester nullam ipse laborum et periculorum partem subirem, non immerito animis caderetis, quippe qui labores vestros esse intelligeretis, præmiis vero laborum alios frui. At labores communes mihi vobiscum sunt, pericula ex æquo vobiscum adeo : præmia in medio proposita sunt omnibus. (8) Nam et regio ipsa vestra est, et vos ei præestis, et pecuniarum maxima pars ad vos pervenit. Quum vero tota Asia subacta fuerit, tum medius fidius spem exspectationemque cujusque vestrum non explebo tantum, verumetiam superabo. Quique in domos suas reverti voluerint dimittam, aut reducam ipse : qui vero permanserint, faxo ut iis qui discesserint invidiosi sint. »

CAP. XXVII.

Hæc aliaque in hanc sententiam quum dixisset Alexander, altum quoddam silentium subsecutum est : quum neque aperte regis voluntati refragari auderent, neque assentiri vellent. Quumque identidem juberet Alexander, ut siquis rem secus atque ipse dixisset intelligeret, sententiam suam declararet : magnum tamen nihilominus omnes silentium tenuit. Tandem Cœnus Polemocratis F. sumpta audacia hunc in modum orsus est.

2. « Quoniam ipse, o rex, negas te imperiose Macedonibus præfuturum, sed, si persuaseris, ducturum te ulterius dicis : sin ipsi tibi persuaserint, nequaquam coacturum : non pro nobis copiarum ducibus, qui præ cæteris honore abs te affecti sumus et præmia laborum plerique jam accepimus, quique, quod nos præ aliis imperare voluisti, parati ad omnia tibi sumus, sed pro universo exercitu dicam. (3) Sed ne ea quidem quæ militibus cordi sint dicturus sum, sed quæ tibi cum in præsentia salutaria, tum in posterum tutissima fore censeo. Porro et ætas mea id postulat, ut quæ maxime expedire videantur non celem, et dignitas qua me etiam præ aliis ornare voluisti, tot denique a me labores, tot pericula audacter citra ullam tergiversationem adita. (4) Quo enim plura præclarioraque facinora cum abs te duce tum ab iis qui te e domibus suis secuti sunt, gesta fuerunt, eo magis e re esse judico finem aliquem laboribus ac periculis imponere. Vides enim ipse ex tanta Macedonum et Græcorum qui te secuti sumus multitudine, quam pauci reliqui simus. (5) Ex quibus Thessalos quidem statim a Bactris, quum alacritatem ad perferendos labores in eis imminutam sentires, domum, et recte quidem, remisisti; reliquorum vero Græcorum alios in urbibus abs te conditis collocasti, qui nec ipsi quidem libenter ibi

ξυμπονοῦντές τε ἔτι καὶ ξυγκινδυνεύοντες αὐτοί τε καὶ ἡ Μακεδονικὴ στρατιά, τοὺς μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλέκασιν, οἱ δὲ ἐκ [τῶν] τραυμάτων ἀπόμαχοι γεγενημένοι ἄλλοι ἄλλῃ τῆς Ἀσίας ὑπολελειμμένοι εἰσίν· (6) οἱ πλείους δὲ νόσῳ ἀπολώλασιν, ὀλίγοι δὲ ἐκ πολλῶν ὑπολείπονται, καὶ οὔτε τοῖς σώμασιν ἔτι ὡσαύτως ἐῤῥωμένοι, ταῖς τε γνώμαις πολὺ ἔτι μᾶλλον προκεκμηκότες. Καὶ τούτοις ξύμπασι πόθος μὲν γονέων ἐστίν, ὅσοις ἔτι σώζονται, πόθος δὲ γυναικῶν καὶ παίδων, πόθος δὲ δὴ τῆς γῆς αὐτῆς τῆς οἰκείας, ἣν ξὺν τῷ ἐκ σοῦ πορισθέντι σφίσι κόσμῳ, μεγάλοι τε ἀντὶ μικρῶν καὶ πλούσιοι ἐκ πενήτων ἀναστρέφοντες, ξύγγνωστοί εἰσιν ἐπιδεῖν ποθοῦντες. (7) Σὺ δὲ νῦν μὴ ἄγειν ἄκοντας· οὐδὲ γὰρ ὁμοίοις ἔτι χρήσῃ ἐς τοὺς κινδύνους, οἷς τὸ ἑκούσιον ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀπέσται· ἐπανελθὼν δὲ αὐτός τε, εἰ δοκεῖ, ἐς τὴν οἰκείαν καὶ τὴν μητέρα τὴν σαυτοῦ ἰδὼν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καταστησάμενος καὶ τὰς νίκας ταύτας τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἐς τὸν πατρῷον οἶκον κομίσας, οὕτω δὴ ἐξ ἀρχῆς ἄλλον στόλον στέλλεσθαι, εἰ μὲν βούλει, ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τὰ πρὸς τὴν ἕω ᾠκισμένα Ἰνδῶν γένη· εἰ δὲ βούλει, ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· εἰ δέ, ἐπὶ Καρχηδόνα καὶ τὰ ἐπ' ἐκεῖνα Καρχηδονίων τῆς Λιβύης. (8) Ταῦτα δὲ σὸν ἤδη ἐξηγεῖσθαι. Ἕψονται δέ σοι ἄλλοι Μακεδόνες καὶ ἄλλοι Ἕλληνες, νέοι τε ἀντὶ γερόντων καὶ ἀκμῆτες ἀντὶ κεκμηκότων, καὶ οἷς τὰ τοῦ πολέμου διὰ τὸ ἀπείρατον ἔς τε τὸ παραυτίκα οὐ φοβερὰ καὶ κατὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα ἐν σπουδῇ ἔσται· οὓς καὶ ταύτῃ ἔτι προθυμότερον ἀκολουθήσειν σοι εἰκός, ὁρῶντας τοὺς πρότερον ξυμπονήσαντάς τε καὶ ξυγκινδυνεύσαντας ἐς τὰ σφέτερα ἤδη ἐπανεληλυθότας, πλουσίους τε ἀντὶ πενήτων καὶ ἀντὶ ἀφανῶν τῶν πάλαι εὐκλεεῖς. (9) Καλὸν δέ, ὦ βασιλεῦ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ ἡ ἐν τῷ εὐτυχεῖν σωφροσύνη. Σοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ ἡγουμένῳ καὶ στρατιὰν τοιαύτην ἄγοντι ἐκ μὲν πολεμίων δέος οὐδέν· τὰ δὲ ἐκ τοῦ δαιμονίου ἀδόκητά τε καὶ ταύτῃ καὶ ἀφύλακτα τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. »

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Κοίνου θόρυβον γενέσθαι ἐκ τῶν παρόντων ἐπὶ τοῖς λόγοις· πολλοῖς δὲ δὴ καὶ δάκρυα προχυθέντα ἔτι μᾶλλον δηλῶσαι τό τε ἀκούσιον τῆς γνώμης ἐς τοὺς πρόσω κινδύνους καὶ τὸ καθ' ἡδονήν σφισιν εἶναι τὴν ἀναχώρησιν. Ἀλέξανδρος δὲ τότε μὲν ἀχθεσθεὶς τοῦ τε Κοίνου τῇ παῤῥησίᾳ καὶ τῷ ὄκνῳ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων διέλυσε τὸν ξύλλογον· (2) ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ξυγκαλέσας αὖθις ξὺν ὀργῇ τοὺς αὐτοὺς αὐτὸς μὲν ἰέναι ἔφη τοῦ πρόσω, βιάσεσθαι δὲ οὐδένα ἄκοντα Μακεδόνων ξυνέπεσθαι· ἕξειν γὰρ τοὺς ἀκολουθήσοντας τῷ βασιλεῖ σφῶν ἑκόντας· τοῖς δὲ καὶ ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλουσιν ὑπάρχειν ἀπιέναι καὶ ἐξαγγέλλειν τοῖς οἰκείοις ὅτι τὸν βασιλέα σφῶν ἐν μέσοις

manent, alii tecum labores ac pericula adeuntes cum Macedonico exercitu, partim in prœliis cæsi sunt, partim vulneribus inutiles ad pugnam effecti, in diversis Asiæ partibus relicti : (6) maxima vero pars morbo periit : pauci denique ex tanta multitudine supersunt, iique nec corporibus sunt perinde firmis, animis vero multo magis fracti. Atque iis quidem omnibus desiderium est parentum quibus adhuc supersunt, uxorum, liberorum, patriæ et soli natalis. Quorum desiderio si tanguntur, ornati præsertim abs te atque aucti, divitesque ex pauperibus effecti revertentes, certe veniam merentur. (7) Tu vero ne invitos ducito. Neque enim eosdem illos in periculis es experturus, quum voluntas adeundi certamina in iis non sit futura. Quin potius tu quoque, si placet, domum reversus matrem invisas, Græcorum simul res compositurus et tot tamque ingentes victorias in paternam domum reportaturus. Tum licebit tibi denuo novam expeditionem suscipere, sive adversus istas Indorum gentes quæ orientem versus sitæ sunt, sive malis in pontum Euxinum, sive in Carthaginem et Libyam quæ ultra Carthaginem est. (8) Tunc enim tui muneris erit exercitum quo libuerit ducere. Sequentur autem te alii Macedones, juniores pro senioribus, integri pro defessis, et quibus bellum, utpote inexpertis, non statim tanto terrori, et futurorum commodorum spe in votis erit : quos etiam tanto alacrius te secuturos esse verisimile est, quum eos qui tibi laborum atque periculorum socii exstiterunt in suas domos reversos videbunt, ex pauperibus opulentos, et ex obscuris claros. (9) Præclarum etiam est, o rex, si quicquam aliud, animo in secundis rebus moderari posse. Tibi quidem imperatori atque hujusmodi exercitum ducenti nihil ab hoste metuendum est : fortunæ vero inopinati sunt eventus, atque ideo hominibus inevitabiles. »

CAP. XXVIII.

Hæc Cœni oratio fremitu quodam audientium excepta est. Multorum etiam lacrimæ subsecutæ sunt, quod ipsum majori documento erat, invitos sese ulteriora pericula adituros, reditum vero in patriam perjucundum ipsis fore. Alexander, Cœni libertate loquendi et reliquorum ducum ignavia offensus, concionem dimisit. (2) Qua postridie rursum iracunde convocata, se quidem ulterius perrecturum dixit; neminem vero Macedonum ad sequendum coacturum : neque enim defuturos qui regem suum sua sponte sequerentur; iis autem qui abire statuissent per se liberum esse, utque amicis nuntiarent sese rege suo in mediis hostibus destituto domum reverti. (3) Hæc quum dixisset, in

τοῖς πολεμίοις ἐπανήκουσιν ἀπολιπόντες. (3) Ταῦτα εἰπόντα ἀπελθεῖν ἐς τὴν σκηνήν, μηδέ τινα τῶν ἑταίρων προσέσθαι αὐτῆς τε ἐκείνης τῆς ἡμέρας καὶ ἐς τὴν τρίτην ἔτι ἀπ' ἐκείνης, ὑπομένοντα εἰ δή τις τροπὴ ταῖς γνώμαις τῶν Μακεδόνων τε καὶ ξυμμάχων, οἷα δὴ ἐν ὄχλῳ στρατιωτῶν τὰ πολλὰ φιλεῖ γίγνεσθαι, ἐμπεσοῦσα εὐπειθεστέρους παρέξει αὐτούς. (4) Ὡς δὲ σιγὴ αὖ πολλὴ ἦν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον καὶ ἀχθόμενοι μὲν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ δῆλοι ἦσαν, οὐ μὴν μεταβαλλόμενοί γε ὑπ' αὐτῆς, ἐνταῦθα δὴ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μεῖον ἐθύετο, θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά. Τότε δὴ τοὺς πρεσβυτάτους τε τῶν ἑταίρων καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ συναγαγών, ὡς πάντα ἐς τὴν ὀπίσω ἀναχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν στρατιὰν ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Οἱ δὲ ἐβόων τε οἷα ἂν ὄχλος ξυμμιγὴς χαίρων βοήσειε καὶ ἐδάκρυον οἱ πολλοὶ αὐτῶν· οἱ δὲ καὶ τῇ σκηνῇ τῇ βασιλικῇ πελάζοντες εὔχοντο Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ καὶ ἀγαθά, ὅτι πρὸς σφῶν μόνων νικηθῆναι ἠνέσχετο. Ἔνθα δὴ διελὼν κατὰ τάξεις τὴν στρατιὰν δώδεκα βωμοὺς κατασκευάζειν προστάττει, ὕψος μὲν κατὰ τοὺς μεγίστους πύργους, εὖρος δὲ μείζονας ἔτι ἢ κατὰ πύργους, χαριστήρια τοῖς θεοῖς τοῖς ἐς τοσόνδε ἀγαγοῦσιν αὐτὸν νικῶντα καὶ μνημεῖα τῶν αὐτοῦ πόνων. (2) Ὡς δὲ κατεσκευασμένοι αὐτῷ οἱ βωμοὶ ἦσαν, θύει δὴ ἐπ' αὐτῶν ὡς νόμος καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ ἱππικόν. Καὶ τὴν μὲν χώραν τὴν μέχρι τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Πώρῳ ἄρχειν προσέθηκεν, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ἀνέστρεφε. Διαβὰς δὲ τὸν Ὑδραώτην, ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην αὖ ἐπανῄει ὀπίσω. (3) Καὶ ἐνταῦθα καταλαμβάνει τὴν πόλιν ἐξῳκοδομημένην ἥντινα Ἡφαιστίων αὐτῷ ἐκτειχίσαι ἐτάχθη· καὶ ἐς ταύτην ξυνοικίσας τῶν τε προσχώρων ὅσοι ἐθελονταὶ κατῳκίζοντο καὶ τῶν μισθοφόρων ὅ τιπερ ἀπόμαχον, αὐτὸς τὰ ἐπὶ τῷ κατάπλῳ παρεσκευάζετο τῷ ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν.

4. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν Ἀρσάκης τε ὁ τῆς ὁμόρου Ἀβισάρῃ χώρας ὕπαρχος καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀβισάρου καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, δῶρά τε κομίζοντες ἃ μέγιστα παρ' Ἰνδοῖς καὶ τοὺς παρ' Ἀβισάρου ἐλέφαντας, ἐς τριάκοντα τὸν ἀριθμόν· Ἀβισάρην γὰρ νόσῳ ἀδύνατον γενέσθαι ἐλθεῖν. Συνέβαινον δὲ τούτοις καὶ οἱ παρ' Ἀλεξάνδρου ἐκπεμφθέντες πρέσβεις πρὸς Ἀβισάρην. (5) Καὶ ταῦτα οὐ χαλεπῶς πιστεύσας οὕτως ἔχειν Ἀβισάρῃ τε τῆς αὐτοῦ χώρας σατραπεύειν ἔδωκε καὶ Ἀρσάκην τῇ Ἀβισάρου ἐπικρατείᾳ προσέθηκε· καὶ φόρους οὕστινας ἀποίσουσι τάξας θύει αὖ καὶ ἐπὶ τῷ Ἀκεσίνῃ ποταμῷ. Καὶ τὸν Ἀκεσίνην αὖ διαβὰς ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην ἧκεν, ἵνα καὶ τῶν πόλεων τῆς τε Νι-

tabernaculum se recepit, neque quemquam amicorum ad tertium ab eo diem in colloquium admisit : exspectans si-qua forte animorum mutatio, ut plerunque in turba militari evenire solet, Macedonibus ac sociis incideret, quæ faciliores persuasu eos redderet. (4) Ceterum quum exercitus in eodem silentio persisteret, satisque intelligeretur milites indignatione Alexandri vehementer commotos esse, animis tamen non mutari : tum, ut auctor est Ptolemæus Lagi F., nihilominus pro transitu sacrum fecit. Quumque exta infaustos eventus portendissent, convocatis amicis qui et ætate grandiores maximeque familiares ei erant, quoniam omnia illum ab ulteriore profectione revocarent, exercitui declarasse, statutum sibi esse domum reverti.

CAP. XXIX.

Hanc vocem clamore, qualis a multitudine lætitiam significante edi solet exceptam fuisse : multis lacrymas erupisse. Alios ad regium tabernaculum accessisse, multa Alexandro fausta precantes, quod ab ipsis solis vinci se passus esset. Eo loci diviso per ordines exercitu, XII aras exstrui jubet, altitudine quidem maximis turribus bellicis pares, latitudine, quam quæ turrium est, majore. Quibus diis gratias agebat quod ipsum eo usque victorem perduxissent, et laborum suorum monumenta consecrabat. (2) Exstructis itaque aris, sacrificium patrio more in aris illis peragit. Ludos etiam gymnicos et equestres facit : totique regioni ad Hyphasin amnem usque Porum præficit. Ipse ad Hydraoten fluvium redit. Quo trajecto ad Acesinem retrocedit. (3) Atque ibi urbem exædificatam reperit, ad quam condendam Hephæstion ab eo relictus fuerat : in quam inductis colonis ex finitimis quicunque in eam commigrare vellent, et mercenariis ad militiam ineptis, ipse quæ ad navigationem Oceani necessaria erant parare cœpit.

(7) Hæc dicta Callisthene plane indigna inter mera commenta recte refert Westermannus p. 9. Plutarcheis adde locum Arriani in Exp. IV, 10, 4 : Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὅντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν· ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν εἰ τῷ τύραννον κτείναντι ὑπάρχει παρ' οὕστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ' ἄλλους, παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι· τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννεύοντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. De Philotæ perduellione cf. Arrian. III, 56.

(8) Contrarium affirmant Aristobulus et Ptolemæus (fr. 13) ap. Arrian. IV, 14, 1 : Ἀριστόϐουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν (sc. Hermolaus et Sostratus) ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. Curtius VIII, 6, 24 : *Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat, sed solitum esse puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque faciles aures præbere. Quidam adjiciunt, quum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem,*

Ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος αὐτὸς εὐθὺς Κρατερῷ γράφων καὶ Ἀττάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ, φησὶ, τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα πράξειαν, ἄλλος δ' οὐδεὶς συνειδείη. Ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον, καὶ τὸν Καλλισθένη συνεπαιτιασάμενος· « Οἱ μὲν παῖδες (φησὶν) ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν (9)· τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας », ἄντικρυς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη· καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ, μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ' ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα (10).

Ex allatis luculenter, puto, apparet quantopere variis scriptorum studiis historia Callisthenis sit obscurata. Testimoniorum auctoritate in his ponderare licet perpauca, adeo ut certiores judicii duces sequamur ea quæ de indole ejus et moribus ex Aristotele tradita accepimus. Iis innitentes quid statui velimus, supra jam significavimus. Scilicet

meminisse debere eos jam viros esse; idque an ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse. Ab imprudentiæ crimine philosophum haud absolveris, verum scelesto eum consilio se conjuratoribus adjunxisse, recte, uti censeo, negatur. Aristobulo et Ptolemæo refragatur ipsius testimonium Alexandri. Neque post Hermolai et Sostrati silentium, alia indicia sese obtulisse videntur, quæ nullam de Callisthene sceleris participe dubitationem relinquerent. Quod si aliter res se habuisset, non is fuit Alexander, qui servaret Callistheuem ut coram Aristotele judicium subiret. In vincula conjecit non sicariorum socium, at virum, qui inopportuna sua se gerendi et loquendi ratione animos Macedonum a rege abalienaret, atque impia in aliis consilia evocare posset etiam nescius. Celerum cf. Krüger l. l.

(9) « Quod accidit non multo post Cliti cædem, Cariatis, Bactrianæ oppido, Olymp. 113, 2. 327. Cf. Strabo XI, p. 517; Arrian. Exp. IV, 14, 7; Plutarch. De adulator. et amic. c. 24; Itinerar. Alex. c. 93 et 103; Orosius Hist. III, 8. » Geier. p. 208.

(10) Cf. Plutarch. Syll. c. 36; Diog. L. V, 1, 5, Suidas v. Καλλισθένης et Νεόφρων (v. not. 1); morbo Callisthenem in vinculis obiisse etiam Aristobulus dicit ap. Arrian. IV, 14, 5. Idque omnino pro vero habendum est. Contra Ptolemæus (fr. 14) tortum et suspensum esse tradit. Aliorum ineptias servavit Justin. XV, 3 : *Quum Alexander M. Callisthenem philosophum propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratæ fuissent, conscium fuisse iratus finxisset, cumque truncatis crudeliter omnibus membris abscissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset; insuper cum cane in cavea clausum ad metum celerorum circumferret : tunc Lysimachum, audire Callisthenem et præcepta ab eo virtutis accipere solitum, misertum tanti viri, non culpæ sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedisse.* » Cf. Ovid. Ib. 519. Tatian. Or. adv. Gr. c. 2 [διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν, καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε]; Diog. L. l. l.; schol. Lucian. Dial. mort. XIII, 6, ubi leoni objectus esse narratur. Quæ apud Justinum leguntur Westermannus conjicit ad Callisthenem translata esse per rerum memorabilium aucupes a Telesphoro Rhodio, quem crudelissimo hoc supplicio affectum esse a Lysimacho auctores sunt Plutarch. De exil. c. 16 et Seneca De ira III, 17. Equidem propter Lysimachi mentionem hancce narrationem fictam esse suspicor ab Onesicrito philosopho, qui in aula Lysimachi commentarios suos composuit. Narrare hæc debuit fere libro quarto, quem ipsum auctorem coram Lysimacho recitasse scimus. Celerum bene Westermannus p. 14 : « Quoniam philosophus fuit Callisthenes, haud improbabilis est suspicio a philosophis sodalem lugentibus, peripateticis inprimis, cui scholæ addictus ille fuerat, quæque permagnam Vitarum scriptorum copiam progenuit, Alexandri in illo occidendo supra modum exaggeratam esse crudelitatem. Cf. Ste-Croix. *Exam. crit.* p. 362 sq. Itaque Callisthenis obitum deploravit Theophrastus, dicens eum incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret (Cic. Tusc. III, 10, 21), ac libro singulari Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscripto sodalis memoriam celebravit (vid. Diog. L. V, 44; Cic. Tusc. V, 9, 25; coll. Alex. Aphrod. in Arist. De an. 2 extr.) [Themist. ait Theophrastem in Callisthene suo docuisse idem esse *fatum et naturam.* Ex hoc libro Th. petitum dictum, quod refellit Plutarch. De fort. 97 : Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία, *Vitam regit fortuna, non sapientia.* Hæc Fabric. B. G. II, 249]; deploraverunt item Seneca et Themistius. Et ille quidem in Quæst. nat. VI, 23 hoc modo de eo scribit : *Hanc* (terræ concussionis caussam) *etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. Fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiens quis dixerit, Occidit Persarum multa millia, opponetur, Et Callisthenem; quotiens dictum erit, Omnia oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus et imperium ex angulo Thraciæ usque ad orientis terminos protulit, dicetur, Sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his quæ fecit nihil tam magnum erit quam scelus Callisthenis.* Adde Themistii Orat. VII, p. 94; X, p. 129 sq.; XIII, p. 176 ed. Hard. coll. Dion. Chrysost. Or. LXIV, p. 597 sq.; Cic. pr. Rabir. Post. c. 9, 23. Neque rhetorum hallucinationes effugere potuit Callisthenes. Quippe M. Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. singularia hæc et inaudita profert : *Orbis illum* (Alexandrum) *suus non capit; itaque nihil dicendum aiebat nisi cum summa veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori ejus Callistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam quum deus vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine ejus philosophus mirari se dixerat, quod non esset* ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι (v. *Il.* V, 340), *ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit.* (Anaxarchum hoc dixisse in Alexandrum refert Diog. IX, 60, Dioxippum athletam Aristobul. ap. Athen. p. 2:1, A; Alexandrum in se ipsum Plutarch. Alex. c. 28). » — Adde Lucian. Alex. et Diog. in Orco (p. 101 Didot.), ubi Diogenes ait Κλεῖτον ὁρῶ καὶ Καλλισθένην καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπὶ σε ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο καὶ ἀμύναιντο ὧν ἔδρασας αὐτούς.

virum agnoscere nobis videmur probum; ob probitatis rigorem ceteramque consuetudinis injucunditatem multis infensum scopumque calumniarum; nimia virtutis conscientia in tanta plurimorum depravatione vanum interdum et superbiorem; socium eorum, quibus Alexander de recta via in diem magis deflectere videbatur, sed qui scelere se contaminari numquam sustinuerit.

De scriptis Callisthenis.

Opera quæ sine ulla controversia ad Callisthenem Olynthium referuntur, tria sunt hæcce :

1. Ἑλληνικὰ ἐν βίβλοις δέκα. fr. 1-17.
   (Ol. 98, 2-105, 4. 387-357 a. C.)
2. Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου. fr. 18.
   (Ol. 105, 4-108, 3. 357-346 a. C.)
3. [Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον]. fr. 19-38.
   (Ol. 111, 2-112, 3. 335-330 a. C.?)

De *Hellenicis* Diodor. XIV, 117 (ad Ol. 98, 2) : Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος [κατὰ] τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα (inde a pace, quam Antalcidæ vulgo dicimus) τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν· διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ (*). — Idem XVI, 14, 4 (ad Ol. 105, 4) : Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως.

Opus hoc Callisthenem in Asia absolvisse colligis ex fr. 6 libri quarti. Totum componere inter expeditionum molestias a Græcia longe remotus vix potuit. Quare statuerim historiam jam antea elaboratam, nondum vero foras editam, in iis maxime rebus, quæ ad Asiam et Ægyptum spectant, ab auctore, dum versaretur in his terris, esse retractatam. (**)

De *historia belli sacri* cf. Cicero Ep. ad div. V, 12, 1 : *Sed quia videbam Italici belli et civilis historiam jam a te pæne esse perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum* (*Foicum* v. l.; *Phocicum* Westerm.) *bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separaverunt, tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungere.* Pro *Troicum* (*) Orellius voluit *Crissaicum;* sed unica vera emendatio Westermanni, qui « de Troico bello, ait, cogitari nequit, siquidem separari non possunt quæ jam sunt alienissima et separatissima... Hunc librum quo tempore conscripserit non liquet; sed fortasse juvenis conscripsit eoque Alexandro ita se commendavit, ut ille suas quoque res gerendas ab eo describi concupisceret; nam si nihildum scripsisset, non fuisset cur ille hanc ei provinciam demandaret. »

Tertium opus, quod est *de rebus Alexandri*, Περσικά inscriptum fuisse vel a primis editoribus vel postea a grammaticis, statuunt Sevinus, Sancto-Crucius, Westermannus, Geierus. Scilicet Callisthenis Περσικῶν liber secundus a Suida laudatur de duobus Sardanapallis deque monumento alterius Anchialensi. De his vero in Alexandri historia Callisthenem dixisse tum per se probabile est, tum spondent exempla Clitarchi (fr. 2), Aristobuli (fr. 6), Arriani (II, 5). « Neque in ipsa inscriptione, Westermannus inquit, est quod offendat; nam descripsit auctor res in Asia ab Alexandro gestas et imperii Persarum eversionem. » Quod parum mihi probatur. Facilis quidem conjectura est ex argumento fragmenti Περσικῶν opus quempiam nobis finxisse; sed quæritur an omnino Callisthenis fragmentum sit. Dubia enim res est, quum narrata ita se habeant, ut, confitente Westermanno, a comite Alexandri proficisci vix potuerint. Jam quum de duobus Sardanapallis et monumenti inscriptione eadem afferantur ap. Schol. Aristoph. Av. 1022 ex Περσικοῖς Hellanici (fr. 150), nullus dubito

(*) « Suspicor deesse quidpiam inter βασιλέα et τὴν ἱστορίαν. Nam alioqui ex his duobus accusativis σύνταξιν et ἱστορίαν vacaret alter. » Stephanus. Creuzerus (*Histor. Kunst.* ed. sec. Lips. 1845; p. 380) legendum censet διηνεχῆ ἱστορίαν, *perpetuas historias*, quas Cicero ait loco mox laudando. Vel sic tamen laborat ratio verborum grammatica. Ejicere incommoda possis. Ego inserui voculam κατὰ ante σύνταξιν. Etenim quemadmodum Dinonis, Timæi, aliorum historiæ in plures συντάξεις erant distributæ, similiter Callisthenis opera historica in unum corpus ab editoribus conjungi poterant, cujus prima pars erat ἡ τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξις. Certe Hellenica et Alex. Historiam simul post mortem auctoris in publicum prodiisse consentaneum est, quoniam Hellenica in Asia demum absoluta esse liquet.

(**) Simul hinc intelligitur vana esse, quæ de Ephoro ex Callisthenis scriptis in sua multa transferente hariolatur Porphyrius ap. Euseb, P. E. p. 464 (v. Vit. Ephori p. LXIV). Neque de belli sacri historia cogitari potest quippe quam non Ephorus, sed Demophilus filius scripsit. Sin hunc fortasse Callisthenis opere abusum esse credis, Demophilum moneo uno libro et historiam belli sacri, et qui deinceps sequuntur annorum quinque res gestas comprehendisse.

(*) Nullo peculiari opere de mythicis temporibus Callisthenem egisse liquet etiam ex Diodoro (IV, 1), ubi postquam de Ephoro dixerat : τὰς παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη κτλ., pergit ita : Ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν μύθων· ἡμεῖς δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις κρίσιν ἔχοντες καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀναγραφῆς πόνον ὑποστάντες τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἐποιησάμεθα τῆς ἀρχαιολογίας. Sed hæc non impediunt quin data occasione uti Theopompus sic Callisthenes ad mythica adscenderit.

quin aut totum fragmentum Hellanico tribuendum sit, aut grammaticus quidam in fonte suo et Callisthenem et Persica Hellanici laudatos reperiens, confusa utriusque scriptoris memoria Callisthenis Περσικά creaverit. Igitur de titulo operis Callisthenis non constat.

Fragmentum 37 pertinet ad descriptionem prœlii ad Arbelam s. Gaugamela commissi (Ol. 112, 2, 331). His auctor sequentia subjunxerit usque ad mortem Darii (330). Ulterius progressus esse non videtur. « Etenim Plutarchus (Alex. 46. V. Onesicrit. fr. 5) ubi de Amazonis ad Alexandrum egit adventu ab aliis auctoribus inter vera relato, ab aliis in commentis habito, quum *præter unum Callisthenem*, ad cujus Persica sæpius provocavit in antecedentibus, omnes diligentissime recensuerit Alexandri rerum auctores, quorum quidem ipse libris usus est, haud vana profecto hinc emergit suspicio, non perducta fuisse Callisthenis Persica usque ad πολυθρύλλητον istum Amazonis adventum, quippe qui inter Sogdianam Alexandri expeditionem (Ol. 112, 4. 329 a. C.) vulgo ponatur. Atqui prœlium ad Gaugamela factum scriptis attigisse scimus Callisthenem. Ergo quis dubitaverit, quin eodem anno, in quem Darii cædes incidit, substiterit Olynthius in Alexandri rebus conscribendis, id quod egregie quadrat ad ea, quæ de viri vita supra commentati sumus, ubi eodem fere tempore Callisthenis animum magis magisque ab Alexandro abalienatum esse vidimus. » Hæc Geierus p. 220. — Jam quis scripta post mortem auctoris collegerit et primus ediderit, quærere inutile est, quum de hac re altum sit silentium. Eorum vero sententia, qui historias has a calumniatoribus deformatas esse suspicantur, omni caret fundamento, uti recte monent Westermannus et Geierus.

Accedo ad ea opera Callisthenis, quæ utrum Olynthii fuerint an alius ejusdem nominis viri, veterum auctoritate comprobari nequit. Ecce titulorum laterculum :

1. Περίπλους (fr. 39. 40). Sch. Apoll. Rh.
2. Ἀποφθέγματα (fr. 41). Photius.
3. Μακεδονικά (fr. 42). Plut. Par.; Stobæus.
4. Θρᾳκικά (fr. 44). Plut. Par.
5. Μεταμορφώσεις (fr. 45). Idem et Stobæus.
6. Κυνηγετικά (fr. 46). Plut. De fluv.

Hæc omnia a Nostro aliena esse puto. Ac Μεταμορφώσεις quidem et Κυνηγετικὰ non esse C. Olynthii, ex ipsis librorum argumentis collegeris. Iisdem accenseas collectionem Ἀποφθεγμάτων. Verum sane est Lynceum quoque *peripateticum* Ἀποφθέγματα scripsisse (Athen. p. 245 a, 248 d, 337 d); sed præter *peripatetici* titulum hic Theophrasti discipulus et poeta comicus et ἐπιστολῶν δειπνητικῶν et τέχνης ὀψωνητικῆς auctor, cum Callisthene Olynthio nihil habet commune : alia ætas, diversi plane mores et ingenium.

Major dubitatio esse possit de scriptore Μακεδονικῶν et Θρᾳκικῶν. Sed quæ ex Θρᾳκικῶν libris narrantur fabulosa atque si spectes antiquissimam imperii Atheniensium famam inepte composita et Olynthio plane indigna esse bene monet Westermannus. Ejusdem farinæ fragmentum est ex Macedonica historia petitum (v. not. ad fr. 42). Huc accedit quod et Θρᾳκικὰ et Μακεδονικὰ et Μεταμορφώσεις ex iisdem Plutarchi et Stobæi libris in notitiam nostram venere. Unde vero fit simillimum ab eodem auctore profecta esse. Et quoniam alio ejusdem Stobæi loco laudatur CALLISTHENES SYBARITA (*) Γαλατικῶν scriptor (fr. 47), cujus de ea-

(*) C. Sybarita vixit ante Timagenem Syrum, qui opere ejus usus est. Timagenes Syrus non diversus ab T. Alexandrino, Pompeii et Cæsaris æquali. Porro si vera est uti veri simillima est Galei conjectura, Callisthenis nomen ap. Stephanum abiisse in illud *Eratosthenis*, item Galaticorum auctoris, ex Stephan. Byz. v. Βοὸς κεφαλαί (v. not. ad fr. 47) sequitur Callisthenem vixisse post Prusiam II, qui bellum gessit contra Attalum (II Philadelphum, circa 156 a. C. Vid. Clinton. F. H. tom. III, p. 407, coll. p. 415 not., ubi Clinton. ut Eratostheni Galatica vindicari possint, fortasse de Prusia I cogitandum esse dicit parum probabiliter). Hinc ætas Callisthenis terminis sat angustis circumscribitur. « Præter auctorem rerum Gallicarum ejusdem nominis, ut mittam olympionicam Laconem Ol. 26 apud Euseb. Chr. p. 40, duo tantum, quod sciam, aliqua cum laude a veteribus scriptoribus nominantur, uterque Atheniensis, Olynthii æquales : unus prætor Atheniensium, quem sunt qui cum Olynthio confundant. In his Sevinus est, qui p. 135 ad Olynthium refert locum Aristotelis Rhetor. II, 3, 13 : Πρᾷοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλου· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες ἢ Καλλισθένει ἀφῆσαν διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον, id quod in concione Macedonum accidisse asseverat. Verum apparet Atheniensium judicium significari; Ergophilus enim στρατηγὸς Ἀθηναίων, ut ait Harpocration, Callisthenes autem item prætor, is quem propter res in Macedonia infeliciter gestas ad mortem condemnatum esse dicit Æschines Or. de fals. leg. § 30. Alter Callisthenes orator atque demagogus fuit, Philippi adversarius, cujus decretum recitari jubet Demosth. Or. de cor. p. 238, § 37, quem comici traducunt apud Athen. VIII, p. 338, F; 341, F, quem Alexander cum aliis tradi sibi jussit, Plutarch. Dem. c. 23, adversus quem per εἰσαγγελίαν accusatum orationem scripsit Dinarchus sec. Dionys. Halic. Din. c. 10 (cf. Dem. Lept. § 33), ubi Κλεισθένους in Καλλισθένους corrigendum est; cf. nostr. Hist. eloq. gr. p. 313. Hujus etiam fortasse dictum est quod affert Lucian. Encom. Dem. c. 15 (p. 750 Didot.), τὸν Αἰσχύλον τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, quo poterat suam aut alius vinolentiam per jocum velle excusare; quanquam non primus dixit Callisthenes : eodem enim nomine jam olim Sophocles Æschylum reprehendisse dicitur; vid. Athen. I, p. 22, A; X, p. 428, F; Eustath. ad Odyss. X, 298, p. 1598, coll. Plut. Sympos. quæst. VII, 10, 2. Memoratur præterea Callisthenes quidam *Atheniensis* apud Xenoph. Hellen. IV, 8, 13. Callisthenes

dem re meminit etiam Plutarchus in libro De fluviis, nescio an verum tetigerim, si omnia hæc opera Sybaritæ assignanda esse statuam. — Quod *Periplum* attinet, Callisthenes cum Callistrato confusus esse mihi videtur (vide not. ad fr. 40). Ea nomina permutantur sæpius (vide fr. 48. 49).

Præter historias Callisthenem Olynthium DE NATURA OCULI et DE PLANTIS libros scripsisse statuit Westermannus. Etenim Chalcidius ad Platon. Tim. p. 340 Meurs. : *Demonstranda igitur oculi natura est, de qua cum plerique alii tum Alcmæo Crotoniensis in physicis exercitatus quique primus exsectionem aggredi est ausus, et Callisthenes, Aristotelis auditor, et Herophilus multa et præclara in lucem protulerunt.* « Quæ tam sunt plana atque aperta (Westerm. ait), ut nullam admittant dubitationem; certe nimis esset suspicax, qui Chalcidium, hominem quarto ineunte p. Ch. n. sæculo viventem, verba illa *Aristotelis auditor* de suo addidisse putaret. Nam qui reputet, quam diversa sint in quibus Aristoteles excelluit genera litterarum, concedet discipulum ejus quoque præter historiam etiam physicam inprimis tractare potuisse; id quod in Callisthene clarius etiam infra apparebit. Itaque nec absurdum est eundem credere significari ab Epiphanio Adv. hæres. 1, 3, qui inter scriptores *De natura atque vi plantarum* Callisthenem quoque nominat, id quod Plinius confirmat, qui quæ de plantis Asiæ habet Hist. nat. lib. XII, c. 5 sqq. et lib. XIII, in horum librorum indice ipse partim ex Callisthene hausta esse confitetur; quæ omnia ex Persicis deprompta esse ad suspicandum facilius est quam ad probandum. Accedit quod vix aliunde quam ex libro De plantis petita esse possunt, quæ habet Aristoteles De mir. ausc. c. 132 (fr. 34); quem librum etsi Aristoteles ipse non scripsit, tamen si verum est, quod opinantur, jam tertio cum ante Chr. n. sæculo in hominum manibus fuisse, de alio Callisthene quam de Aristotelis discipulo prorsus non licet cogitare. » — Quod Chalcidii locum attinet, unus sum eorum, quos nimis suspicaces Westermannus dicit. Locus vero Aristotelis ad Alexandri historiam refertur commodissime; nec quidquam probat Plinius una cum Callisthene recensens Clitarchum, Anaximenem, Nearchum, Onesicritum, alios rerum Alexandri scriptores, quos in plantis Asiæ describendis sat multos fuisse compertum habemus.

His absolutis revertentes ad Olynthium, quæ ejus commentariorum fuerit indoles paucis exponamus. Ac primum quidem summopere Callisthenem studuisse narrationis ubertati varietatique fragmenta perlustrans facile intelliges. Quæ ex Hellenicis servata habemus, eorum magna pars ab ipsa historia, quam tractandam sibi sumpserat, aliena est (v. fr. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 15. 16). Inter hæc disputationes de incrementis Nili fluvii (fr. 6) et de causis, quæ Helicen et Burin urbes in mare demerserint (fr. 8), rerum naturalium scrutatorem Aristotelis disciplina formatum ostendunt luculenter. In describendis oraculis rebusque sacris valde placuisse sibi videtur (fr. 3. 4); neque a portentorum expositione abhorruit, sive talia religiositate motus, sive, quod probabilius, ornandæ narrationis causa adsciverit. — Eandem rerum copiam in Alexandri historia deprehendimus, ubi permultus fuit de regionibus Asiæ minoris deque populis, qui pridem eas incoluerint (*). Scilicet summo studio tractare solebat carmina Homerica. « Id quod, ut Westermannus ait, non solum in colloquiis recitandis sæpenumero versibus Homericis, verum etiam eo probavit, quod Iliadem jussu Alexandri eoque ipso præeunte una cum Anaxarcho correxit itaque novam ejus recensionem paravit, quæ quoniam in capsula pretiosissima in Persico thesauro reperta ab Alexandro circumferebatur, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος vocata est; vid. Strabo XIII, p. 594, quamquam ab Aristotele eam profectam dicit Plutarch. Alex. c. 8; cf. Wolf. Prolegg. p. 183 sqq. Has autem correctiones vel maxime pertinuisse ad res geographicas eosque Asiæ populos, quos Trojanis auxilio venisse Homerus tradidisset, quorumque sedes atque nomina nunc Alexander sociique aliquatenus ab Homericis discrepare intelligerent, recte demonstravit C. Lehrs De Aristarchi stud. Homer. p. 245 sq. » Hæc igitur cu-

Haliartius ap. Plutarch. Narrat. amat. c 1 [p. 943 Didot.], Callisthenes, *Luculli libertus*, ap. Eund. An sen. ger. s. resp. c. 16 [p. 967 Didot.], Vit. Lucull. c. 43, Harpocrat. v. Στεφανῶν; alii ejusdem cognominis in inscriptionibus ap. Bœckh. Corp. Inscr. 1, nr. 214, 115, 168 b, (343 b, 3664, 2077 b; Add. tom. 2). Cf. Droysen *Ztschft. f. Alterthumsw.* 1839 n. 114, p. 920, Bœhnecke *Forsch.* I, p. 618 sqq. » — « Callisthenis nomen in libris manu scriptis nonnunquam corruptum et cum aliis ejusdem aut initii aut exitus confusum est, uti cum *Eratosthene* ap. Phavorin. [fr. 4], atque in versione latina ap. Strabon. XVII, p. 790 [fr. 6], item cum *Demosthene*, ut conjicio, ap. Steph. Byz. v. Χαλκεῖα [v. not. ad fr. 35], cum *Clisthene* ap. Dion. Hal. Dinarch. c. 10 [v. supra], cum *Antisthene* in libris manuscr., ut videtur, historiæ Pseudo-Callistheneæ; cum *Callixeno* ap. Plin. H. N. XXXVI, 9, 67 [ubi *Callisthenes* Harduinus in suis libris se reperisse dicit; Siebelis in var. lect. affert : *Calisthenus*, *Calliscleenus*, *Calixemis*. Sermo est de obelisco sub regno Ptolemæi II in altum erecto], tum aliquoties cum Callistrato [fr. 48. 49]. » Hæc WESTERMANNUS.

(*) Callisthenem inter fontes suos numerat Scymnus Chius v. 124, ubi nomen Nostri ex superstitum literarum vestigiis (Καλλισθένη) bene elicuit Miller. in ed. Marciani Heracleot. p. 296.

riosam viri eruditionem, atque merito *doctum* a Cicerone (Or. pro Rabir. Post. c. 9) Callisthenem appellari coarguunt. Verum quemadmodum antiquariis istis studiis supersedere poterat expeditionum prœliorumque narrator, sic peritiam quandam rerum militarium jure nobis postulamus. At rudem prorsus earum Callisthenem fuisse ideoque in pugnarum descriptione sæpenumero ineptire uno sed præclaro exemplo Polybius nescio an paullo acerbius exponit (fr. 33). Nihilo secius ab eodem Polybio (fr. 17) Callisthenes una cum Xenophonte, Ephoro, Platone inter τοὺς λογιωτάτους τῶν ἀρχαίων συγγραφέων recensetur. Et quanta ejus apud Alexandrinos grammaticos existimatio fuerit inde patet, quod cum Ephoro, Anaximene, Clitarcho in Canonem historicorum receptus est (Montef. Bibl. Coisl. p. 597). Quam quidem laudem non tam propter eruditionem, qua scripta ejus excellunt, quam propter orationis ornatum ceteraque narrationis lenocinia adeptus esse videtur. Etenim λόγῳ ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, uti Aristoteles dicit (Plut. Alex. 53), atque specimen eloquentiæ, quæ in admirationem Macedones abripuit supra jam commemoravimus (ex Plut. Alex. 54). Hanc igitur facundiam Callisthenem etiam ad historias transtulisse testis est Cicero (De orat. II, 14, 58), qui eum *pæne rhetoris more* scripsisse affirmat. Simile quid Cicero significare voluerit in Ep. ad Quint. fratr. II, 13 : *Ad Callisthenem*, ait, *et Philistum redeo, in quibus video te volutatum. Callisthenes quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt; Siculus ille, capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides.* Ubi illud *vulgare et notum negotium* recte, puto, Geierus intelligit de rhetorico dicendi genere, quod ea ætate ab omnibus fere historicis tritum sit et usurpatum, dum alia plane sectaretur Philistus (*). Apud Longinum (De subl. III, 2), severum sane judicem, vituperatur Callisthenes quod oratio ejus interdum non vere sublimis, sed inani potius tumore sit elata. Verba sunt : Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, « Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς », καὶ « Γῦπες, ἔμψυχοι τάφοι »· καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα. Tale vero scribendi genus perniciosam sæpenumero vim in fidem et auctoritatem scriptoris exercere satis constat. Quod quatenus in Callisthenem cadat, fragmentis non demonstratur quidem certissime, subindicatur tamen, veluti iis quæ de Alexandri per Pamphyliam itinere juxta maris oram instituto servavit Eustathius (fr. 25), ubi mare dicitur ἐξυπαναστῆναι αἰσθόμενον οἷον τῆς ἐκείνου πορείας καὶ οὐδ' αὐτὸ ἀγνοῆσαν τὸν ἄνακτα, ἵνα ἐν τῷ ὑποκυρτοῦσθαί πως δοκῇ προσκυνεῖν. Simillima leguntur fr. 36 de itinere ad Ammonem non sine numine facto deque oraculo Branchidarum. Ejusmodi vel κολακείας dixeris vel δεισιδαιμονίας exempla quamquam ne ab optimis quidem scriptoribus prorsus absunt, in Callisthene tamen nimis crebra fuisse videntur, quam ut sinceram nudæ veritatis tradendæ voluntatem ei tribuamus. Etenim Polybius (XII, 12 c. Exc. Vatican.) de Timæo refert hæc : * * κατηγορεῖν καὶ διασύρειν τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν· ὅσοι γε μὴν αὐτοὶ πολλὴν τῆς τοιαύτης ἐμπεποίηνται φλυαρίας, τοὺς τοιούτους ἀγαπᾶν ἂν δέοι μὴ τυγχάνοντας κατηγορίας, μηδέ τι καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν, ὃ συμβέβηκε περὶ Τίμαιον. Ἐκεῖνος γὰρ κόλακα μὲν εἶναι φησὶ τὸν Καλλισθένην τὰ τοιαῦτα γράφοντα, καὶ πλεῖστον ἀπέχειν φιλοσοφίας, κόραξι δὲ προσέχοντα καὶ κορυβαντιώσαις γυναιξί· δικαίως δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου ψυχὴν καθόσον οἷός τε ἦν· Δημοσθένην μὲν καὶ τοὺς ἄλλους ῥήτορας τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀκμάσαντας ἐπαινεῖ καὶ φησὶ τῆς Ἑλλάδος ἀξίους γεγονέναι, διότι ταῖς Ἀλεξάνδρου τιμαῖς ταῖς ἰσοθέοις ἀντέλεγον· τὸν δὲ φιλόσοφον, αἰγίδα καὶ κεραυνὸν προσθέντα θνητῇ φύσει, δικαίως αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τετευχέναι ὧν ἔτυχεν (*). Deinde Polybius (c. 23 ex Exc. Vales.) pergit : Εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν τὸν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ

(*) *Westermannus* : « Muretus Var. lectt. II, 5, ita explicat, quasi Cicero Callisthenem infimi ordinis scriptorem ac nullius pretii esse dicat; contra Sevinus p. 142 sqq., quoniam tum sibi ipse repugnaret Cicero et dicto loco opponatur Philistus, capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides, cujus concisas sententias interdum etiam non satis apertas dicat idem Cic. Brut. c. 17, sic interpretatur, ut clara, aperta, dilucida Callisthenis oratio indicetur, quæ item Manutii fuit opinio ita explicantis, ut in historia ille non exquisite loquutus esse videretur, sed *sicuti vulgo loqueretur*. Neutri assentior. Haberet quidem utraque sententia quo commendaretur, si suum hoc loco Cicero judicium faceret; nam et vocabulo *negotii* in malam partem uti solet (cf. Epp. ad Attic. I, 12, Or. ad sen. post red. c. 6), neque in infimum locum deprimere potest quem alibi cum optimis conjungit. Verum enim vero non satis viri docti attenderunt adjecta a Cicerone verba : *quemadmodum Græci aliquot loquuti sunt*. Non suum igitur judicium interponit, sed quid Græci de Callisthene dixerint refert. Jam quod ex Græcorum sententia fuit ille *vulgare et notum negotium* — *κοινόν τε καὶ γνώριμον χρῆμα* (cf. intpp. ad Ant. Lib. 12, Fisch. Prol. ad Palæph. 2, 3, p. 25 sqq.) s. πρᾶγμα, non uti Muretus interpretatur, *εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα καὶ οὐ πολλοῦ ἄξιον*, — non aliter potest accipi (?) quam de homine docto ab Alexandro crudeliter interfecto, in scholis tam rhetorum quam philosophorum argumento sermone trito atque celebrato. Itaque nihil aliud sibi vult Cicero quam de Callisthene omnibus notissimo non esse cur accuratius exponatur. » Quæ propter Philisti oppositionem vix probanda sunt.

(*) Hic locus ante caput 23 ponendus erat.

νεμεσῆσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον ἐβουλήθη (*)· Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ τὸν Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν· οὗτος δὲ τὸν Τιμολέοντα τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι κτλ.

Timæi verba quamvis non majoris facienda sint atque convicia ista quæ in Aristotelem spurcissime jacit, hoc tamen cum Polybio concedendum est Alexandrum in panegyricis Callisthenis sui historiis ad deos usque evectum esse : ut mireris sane quomodo suum auctor de historici officio præceptum observasse sibi visus sit. Nam τὸν γράφειν τι πειρώμενον, Callisthenes jubet, δεῖν μὴ ἀστοχεῖν τοῦ προσώπου, ἀλλὰ οἰκείως αὐτῷ καὶ τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους θεῖναι (fr. 19). Neque minus hæc librorum indoles cum ingenio philosophi pugnare videtur. Sed aliud, dixeris, est vita hominis moresque, aliud est scriptis historiis eloquentiæ sibi erigere monimentum. Quod etsi in universum parum recte dictum est, in Callisthene tamen non possumus quin distinguamus inter rhetorem atque philosophum. Quanta hujus esse potuit severitas, tantam ille interdum ostenderit vanitatem, cujus testimonium haberemus luculentissimum, si vera essent, quæ dubitanter refert Arrianus (IV, 10, 1). Ait : Τούτου μὲν ἕνεκα (sc. quod adorationem regi recusavit) καὶ αὐτὸς Καλλισθένει ξυμφέρομαι· ἐκεῖνα δὲ οὐκ ἔτι ἐπιεικῆ δοκῶ τοῦ Καλλισθένους (εἴπερ ἀληθῆ ξυγγέγραπται), ἔτι ὑφ' αὐτῷ τε εἶναι ἀπέφαινε καὶ τῇ αὐτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Οὔκουν αὐτὸς ἀφῖχθαι ἐξ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος, ἀλλὰ εὐκλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσων· καὶ οὖν καὶ τοῦ θείου τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἐξ ὧν Ὀλυμπιὰς ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ψεύδεται ἀνηρτῆσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγράψας ἐξενέγκῃ ἐς ἀνθρώπους. Verum hæc absurda esse calumniatorum commenta Westermanno lubenter concedimus.

Statuam Callisthenis *historiarum scriptoris* Plinius (H. N. VI, 5, 36) vidit in hortis Servilianis. Opus fuit Amphistrati, quem Alexandri ætate vixisse statuit Sillig. in Artiff. Catalog. p. 12.

Fabulosæ Pseudo-Callisthenis historiæ (*), infimæ ætatis fœtus, ad nos nihil pertinent, eatenus tamen commemorandæ, quatenus celebritatem auctoris nostri testantur.

(*) Codex οὐκ ἐβουλήθη; quam particulam asterisco notavit Valesius; omittit Suidas v. Τίμαιος, ubi eadem leguntur; ejiciendam censuerunt Reiskius, Santo-Crucius l. l. p. 37, 3, Polybii editor Parisiensis, Geier. p. 223 sq. Dubius hæsit Schweighæuserus. Vulgatam tuetur Westermannus l. l., quod non fecisset si memor fuisset loci Excerptor. Vatican.; qui etsi Geierum quoque fugit, is recte tamen vel propter verba τούτῳ νεμεσῆσαι τὸ δαιμόνιον particulam οὐχ ineptam esse perspexit. Quam cur addendam sciolus quidam censuerit, ex iis quæ de vita Callisthenis diximus, facile intelligitur.

(*) Singulari libro de iis dicet Westermannus, qui ex hoc fonte impurissimo fluxisse recte statuit, quæ leguntur ap. Tzetzen Chil. I, 325; III, 110. 349. 386. 885. Eodem refert Chil. III, 83, de quo tamen possis dubitare : locum exscriptum habes in Ctesiæ fragm. 3. Ceterum vide Fabric. B. Gr. III, p. 36 Harl.; Ste-Croix p. 166; Ang. Mai in Præfat. ad J. Valer. c. VIII, Berkel. ad Stephan. Byz. p. 237. 238, ubi fragm. ex cod. Bibl. Lugdun.; Berger de Xivrey. in *Extraits des manuscrits de la Bibl. R.* tom. XIII, p. 161 — 306; Westermann. in Pauly's *Realencyclop.* v. *Callisthenes*; Creuzer. *Histor. Kunst* p. 383.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Plutarchus Cimon. c. 12 de pugna ad Eurymedontem (466 a. C) : Ἔφορος (fr. 116) μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην, Καλλισθένης δὲ Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν, οὐκ ὄντα μάχεσθαι τοῖς Ἕλλησι πρόθυμον, ἀλλὰ προσδεχόμενον ὀγδοήκοντα ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρου προσπλεούσας. Cf. Diodor. XI, 60.

Id. ibid. c. 13 : Τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηὶ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν. Καίτοι Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν βάρβαρον, ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης, καὶ μακρὰν οὕτως ἀποστῆναι τῆς Ἑλλάδος, ὥστε πεντήκοντα ναυσὶ Περικλέα καὶ τριάκοντα μόναις Ἐφιάλτην ἐπέκεινα πλεῦσαι Χελιδονίων καὶ μηδὲν αὐτοῖς ναυτικὸν ἀπαντῆσαι τῶν βαρβάρων.

Hæc ex operis introitu. — Ceterum quod ad pacem istam, quam Cimonis vulgo dicimus, rectissime sensit Callisthenes. V. Dahlmann. *Forschung.* tom. I, 1-148; Krüger. *Histor. philolog. Studien*, p. 74-143.

Fragmentum per errorem, ut videtur, *libro primo* adscriptum vide infra, fr. 12.

E LIBRO SECUNDO.

2.

Harpocratio : Σφοδρίας. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Μεγαρέων, εἰ γνήσιος. Στρατηγὸς Λακεδαιμονίων ὁ Σφοδρίας. Φησὶ δ' αὐτὸν ὁ Καλλισθένης ἐν β' Ἑλληνικῶν εὐήθη τε εἶναι λίαν καὶ κοῦφον πρὸς τὰς ἐλπίδας.

Cf. Diodor. XV, 29, 5 : Σφοδριάδου τοῦ Σπαρτιάτου τεταγμένου μὲν ἐφ' ἡγεμονίας, φύσει δ' ὄντος μετεώρου καὶ προπετοῦς, ἔπεισεν αὐτὸν Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακ. ἄνευ τῆς γνώμης τῶν ἐφόρων καταλαβέσθαι τὸν Πειραιέα κτλ. Xenophon Hell. V, 4, 20, τὸν ἐν Θεσπιαῖς [Θεράπναις Plutarch. Ages. 24] ἁρμοστὴν Σφοδρίαν dicit. Plutarcho in Pelop. c. 14 Sphodrias est ἀεὶ ἐλπίδων μᾶλλον ἢ φρενῶν ἀγαθῶν μεστός, coll. Ages. c. 24, ubi : ὑπόκουφος τὴν γνώμην καὶ κενῶν ἐλπίδων καὶ φιλοτιμίας ἀνοήτου μεστός. Hæc sicuti illa Diodori ex Callisthene fluxisse suspicatur Schneider. ad Xen. l. l. Res pertinet ad Ol. 100', 3 (378).

E LIBRO TERTIO.

3.

Stephan. Byz. : Τεγύρα, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι (sequitur fragm. Semi Delii)... Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις, τὸ δὲ Τροφώνιον ἐν Λεβαδείᾳ, τὸ δὲ ἐν Ἄβαις λεγόμενον ἐν Φωκεῦσι, τὸ δὲ κυριώτερον ἐν Δελφοῖς, ὃ καὶ μάλιστά φασι (φησι?) μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ (sc. τοῦ θεοῦ γένεσιν).

Pertinere hæc ad locum, quo pugna ad Tegyram commissa (Ol. 101, 1. 376. Diodor. XV, 37, 1; 81, 2) describebatur, jam Schneiderus monuit ad Xenoph. Hell. præf. p. XIV. De oraculo Tegyræo cf. Plutarch. Pelop. 16 : Τὴν γὰρ διὰ μέσου πᾶσαν ὁ Μέλας ποταμὸς, εὐθὺς ἐκ πηγῶν εἰς ἕλη πλωτὰ καὶ λίμνας διασπειρόμενος, ἄπορον ἐποίει, μικρὸν δὲ

HELLENICA.

E LIBRO PRIMO.

1.

Ephorus Tithrausten classi regiæ tradit præfuisse, terrestribus copiis Pherendaten, Callisthenes vero ait Ariomanden, Gobriæ filium, qui summo imperio exercitui præfuerit, classem ad Eurymedontem in statione habuisse prœlii cum Græcis ineundi minime cupidum, quum Phœnices naves octoginta a Cypro advehentes exspectasset.

Hæcce (Cimonis ad Eurymedontem) victoria regis animum adeo depressit, ut famigeratam istam pacem componeret, secundum quam semper a mari Græco ad curriculum equi abstineret, neque intra insulas Cyaneas et Chelidonias longam navem vel rostratam haberet. Callisthenes vero negat ita fœdere pactum barbarum : sed re ipsa ita fecisse metu, quem clades illa ei injecerat, ac tam procul a Græcia eum se removisse, ut quinquaginta navibus Pericles, et triginta tantum Ephialtes ultra Chelidonias prænavigantes nihil vidissent classis barbaricæ.

2.

E LIBRO SECUNDO.

Sphodriam, Lacedæmoniorum ducem, Callisthenes Hellenicorum libro secundo simplicem fuisse admodum et in spe vana concipienda levissimum.

3.

E LIBRO TERTIO.

Tegyra, urbs Bœotiæ, in qua natum dicunt Apollinem. Callisthenes Hellenicorum libro tertio oracula Apollinis recenset Ismenium Thebarum, Trophonium Lebadeæ, illud quod Abis est in Phocide, et celebrius reliquis Delphicum, quod etiam disertissime deum Tegyræ natum esse testatum dicit,

ὑπὸ τὰ ἕλη νεώς ἐστιν Ἀπόλλωνος Τεγυραίου καὶ μαντεῖον ἐκλελειμμένον οὐ πάνυ πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἄχρι τῶν Μηδικῶν ἤκμαζε, τὴν προφητείαν Ἐχεκράτους ἔχοντος. Ἐνταῦθα μυθολογοῦσι τὸν θεὸν γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν πλησίον ὄρος Δῆλος καλεῖται καὶ πρὸς αὐτὸ καταλήγουσιν αἱ τοῦ Μέλανος διαχύσεις. Ὀπίσω δὲ τοῦ ναοῦ δύο ῥήγνυνται πηγαὶ γλυκύτητι καὶ πλήθει καὶ ψυχρότητι θαυμαστοῦ νάματος, ὧν τὸ μὲν Φοίνικα, τὸ δὲ Ἐλαίαν ἄχρι νῦν ὀνομάζομεν, οὐ φυτῶν μεταξὺ δοεῖν, ἀλλὰ ῥείθρων τῆς θεοῦ λοχευθείσης. Plura de eodem oraculo narrata habes ap. eundem De defect. orac. c. 5 et 8 (p. 502 et 504 ed. Didot.). Cf. Müller. *Minyer* p. 147, 3; 150, 1, et quem Westermannus affert, Ulrichs. *Reisen u. Forschungen in Griech.* I, p. 196.

4.

Plutarch. Qu. gr. c. 9 (p. 360 Didot): Τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς Ὁσιωτήρ, καὶ διὰ τί Βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν Ὅσιος ἀποδειχθῇ. Πέντε δέ εἰσιν Ὅσιοι διὰ βίου, καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῶν προφητῶν δρῶσιν οὗτοι, καὶ συνιερουργοῦσιν, ἅτε γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος. Ὁ δὲ Βύσιος μήν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζουσι, φύσιός ἐστιν· ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει· τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ ἔχει οὕτως. Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ φ τῷ β χρῶνται Δελφοί, καθάπερ Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ π· καὶ γὰρ τὸ πατεῖν, βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσιν. Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθοῖς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. Ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι.

Hæc propter argumentum antecedentibus junxi, quamquam etiam ad libros de bello Phocico referre potes. De Bysio mense cf. Ideler. *Handb. d. Chron.* I, 367; Bœckh. C. I. I, 814; Müller. *Dor.* I, p. 212, 2; 329, 3; C. F. Hermann. De anno Delphico p. 26; Idem *Ueber griech. Monatskunde* p. 51 (Gotting. 1844); F. G. Schwartz. De antiquissima Apollinis natura p. 25 (Berolin. 1843).

Uti septima Apollo, sic tertia mensis die nata Minerva: Tzetzes ad Lyc. 519: Τριγένητος ἡ Ἀθηνᾶ ὅτι ἐν Τρίτωνι ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη... ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτῃ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. Pro Καλλισθένης Phavorinus v. Τριγένητος habet Ἐρατοσθένης (cf. not. ad fr. 47). De re cum Callisthene facit schol. Hom. Il. VIII, 39. Hinc supplenda glossa Suidæ et Photii s. h. v., ubi: ἢ ὅτι παρὰ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη [ἢ ὅτι τρίτῃ] φθίνοντος, ὡς καὶ Ἀθηναῖοι ἄγουσιν. Cf. Mullach. ad fragm. Democriti p. 120, ubi scribendum proponit: ἢ ὅτι ἐγεννήθη τρίτῃ Ἑκατομβαιῶνος φθίνοντος, ὡς καὶ τῇ τρίτῃ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μικρὰ Παναθήναια ἄγουσιν.

5.

Plutarch. Pelop. 17: Ἦσαν δὲ δύο μόραι Λακεδαιμονίων (sc. in prœlio ad Tegyram commisso). Τὴν δὲ μόραν Ἔφορος (fr. 140) μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησί, Καλλισθένης δ' ἑπτακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐνναχοσίους, ὧν Πολύβιός (fragm. hist. 25, p. 156 ed. Did.) ἐστιν.

E LIBRO QUARTO.

6.

Joh. Laurentius De Mensib. IV, 68, p. 264 ed. Rœth.: Ἀλλὰ καὶ Θρασυάλκης ὁ Θάσιος τοὺς ἐτη-

---

4.

Quis est apud Delphos Hosioter, et cur unum de mensibus appellant Bysium? Hosioter est victima quæ immolatur quum creatur Hosius (vox *sanctum* notat). Quinque autem sunt *Hosii* per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atque una etiam sacrificant: quippe a Deucalione genus crediti trahere. *Bysius* mensis, ut plerique putant, *Physius* est, a nascendo sic dictus: est enim veris initio, quo tempore pleraque nascuntur et germinant: sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph utuntur, ut Macedones, qui *Bilippum*, *Balacrum*, *Beronicam* dicunt (quæ sunt *Philippus*, *Phalacrus*, *Pheronice*), sed loco litteræ P, soliti *batein* dicere et *bicron*, quæ sunt *patein* et *picron*. Est ergo *Bysius* dictum pro *Pysius*, quod eo mense deum scitantur. Atque hæc sententia convenit cum antiquis Delphorum observationibus. Mense enim isto oraculum primo exstitit, et septimanam istam deo natalitiam putant, *polyphthoum*que nominant, non a coquendis *phthoibus*, quod est placentæ genus, sed quod multa tum responsa deus edat. Sero enim cœpit singulis mensibus oracula requirentibus respondere: antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque ista die, ut *Callisthenes* et *Anaxandridas* tradiderunt.

Τριγένητος Minerva nominatur vel quod ad Tritonem fluvium Libyæ nata est, vel secundum Callisthenem, quod tertia mensis die in lucem edita. Quapropter apud Athenienses dies tertia sacra est Minervæ.

5.

Duæ erant (in prœlio ad Tegyram commisso) Moræ Lacedæmoniorum. Moram vero Ephorus quinquaginta, Callisthenes septingentorum, alii, inter eosque Polybius, nongentorum virorum esse dicunt.

6.

E LIBRO QUARTO.

Thrasyalces quoque Thasius ab Etesiis ait Nilum extrudi:

σίους φησὶν ἐξωθεῖν τὸν Νεῖλον· τῆς γὰρ Αἰθιοπίας ὑψηλοῖς παρὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ὄρεσι διεζωσμένης, ὑποδεχομένης τε τὰς νεφέλας πρὸς τῶν ἐτησίων ὠθουμένας, ἐκδιδόναι τὸν Νεῖλον, ὡς καὶ Καλλισθένης ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν Ἑλληνικῶν φησὶν, ἑαυτὸν συστρατεύσασθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ γενόμενον ἐπὶ τῆς Αἰθιοπίας εὑρεῖν τὸν Νεῖλον ἐξ ἀπείρων ὄμβρων κατ' ἐκείνην γενομένων καταφερόμενον. Ἀλλὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν Περιόδῳ γῆς ἐκ τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης τὸν Νεῖλον ἀναχεῖσθαι βούλεται. Cf. fragm. Ephori 108 et 109.

Anonymus Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως ap. Schweighæuser. in Athenæo II, c. 87 (et ap. Stephan. in Collect. scriptt. quorund. Aristot. et Theophr. Par. 1557, p. 145): Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος πρὸς τὰ μικρῷ πρότερον εἰρημένα ὑπ' Ἀναξαγόρου τε καὶ Εὐριπίδου ἀντεῖπεν· αὐτὸς δὲ τὴν αὐτοῦ γνώμην (τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χρώμενος Steph.) φησὶν, ὑδάτων πολλῶν καὶ λαμπρῶν γινομένων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν κατὰ τὰς τοῦ Κυνὸς ἀνατολὰς ἕως τῆς ἐπιτολῆς ἀρκτούρου, καθ' οὓς χρόνους καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἄνεμοι· τούτους γάρ φησι τοὺς ἀνέμους μάλιστα τὰ νέφη φέρειν πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν· ὧν καὶ προσπιπτόντων πρὸς τὰ ὄρη καταῤῥήγνυσθαι πολὺ πλῆθος ὕδατος, ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον ἀναβαίνειν.

Strabo XVII, p. 790: Φησὶ γὰρ (sc. Ποσειδώνιος) Καλλισθένη (*Eratosthenem* vet. Interpr.) λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος), ἐκεῖνον δὲ παρ' ἄλλου [παρὰ Θαλοῦ?], τὸν δὲ παρ' Ὁμήρου διϊπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον.

De his disserendi occasionem præbuit, uti bene monet Westermannus, expeditio Ægyptiaca Græcorum, qui, Iphicrate duce, Pharnabazo in auxilium missi sunt Ol. 101, 3. 374 a. C. Vide Diodor. XV, 41 sqq. « Scilicet appulsa classe ad Mendesium Nili ostium, expugnatoque quod ibi conditum erat castello, Iphicrates vehementer ut continuo Memphin aggrederentur instituit, Pharnabazus autem copiis suis, ut aiebat, sed revera socio imperii diffisus cunctando tempus perdidit: χρονιζούσης δὲ τῆς περὶ τὸ πολισμάτιον τοῦτο στρατείας καὶ τῶν ἐτησίων ἤδη γενομένων, ὁ Νεῖλος πληρούμενος καὶ πάντα τόπον ἐπέχων τῷ πλήθει τοῦ ῥεύματος ἀεὶ μᾶλλον ὠχύρου τὴν Αἴγυπτον (Diod. 43, 4). Ceterum ista Callisthenem non ante Ol. 112, 1, quo anno in eas regiones Alexander penetravit, scripsisse sponte intelligitur. Neque omittendum est, quod suam ipsius de ea re sententiam aperuisse eum dicit auctor lib. De Nili increm., Aristotelis vero Posidonius: quod si verum, vix liberandus est a crimine jactantiæ aliena pro suis venditantis. » WESTERM. Cf. Ephori fr. 142.

7.

Proclus in Platon. Tim. p. 30 ed. Basil.: Τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι· Θεόπομπος δὲ (fr. 172) κτλ. Cf. Müller. *Min.* p. 107.

8.

Seneca Qu. Nat. VI, 23: *Rara terræ natura est multumque habens vacui. Per has raritates spiritus fertur, qui ubi major influxit nec emittitur, concutit terram. Hæc placet et aliis, ut paullo ante retuli, caussa; si quid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. ... Hic Callisthenes in libris, quibus describit quemadmodum Helice Burisque mersæ sint* (Ol. 101, 4. a. C. 374), *quis illas casus in mare vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est: spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari. Deinde quum est obstructus ille trames, per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc fertur et sibi ipse occurrens terram labefactat. Ideo frequentissime mari opposita vexantur et inde Neptuno hæc assignata est movendi potentia.*

Idem ibid. c. 26: *Hanc* (Delum) *philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri auctore Pindaro; Thucydides* (II, 8) *ait, antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse. Inter multa, inquit, prodigia, quibus de-*

Æthiopia enim quum altioribus quam qui apud nos sunt montibus circumdetur, atque excipiat nubes, quæ ab Etesiis protruduntur, Nilum ab ea inundari: quemadmodum etiam Callisthenes Peripateticus quarto libro Hellenicorum ait, se una cum Alexandro Macedone expeditionem fecisse, et quum in Æthiopia fuisset, invenisse Nilum ex infinitis imbribus ibi ortis deferri. Verum etiam Dicæarchus in Periodo Terræ ex mari Atlantico Nilum vult effundi.

Callisthenes historiarum scriptor his quæ paullo ante ab Anaxagora et Euripide dicta retulimus, contradicit, suamque sententiam exponit: Quum sint in Æthiopia imbres multi validique circa Canis ortum usque ad ortum Arcturi, quo ipso etiam tempore venti flant Etesiæ; eosdem hos ventos ait maxime nubes in Æthiopiam deferre, allisisque nubibus ad montes magnam erumpere aquæ vim; quæ causa sit cur intumescat Nilus.

Posidonius ait Callisthenem tradere æstivos imbres causam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcen autem ab alio (*a Thalete?*), atque illum ab Homero, qui διιπετέα, i. e. cœlitus delabentem, Nilum dicit.

7.

Callisthenes et Phanodemus Athenienses patres Saitarum esse tradunt.

nuntiata est duarum urbium, Helices et Buris, eversio, fuere maxime notabilia columna ignis immensi et Delos agitata. Quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposita habeat concavas rupes et saxa pervia, quæ dent deprehenso aeri reditum. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli urbesque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt.

Idem ibid. VII, 5 : *Charimander quoque in eo libro, quem de cometis composuit, ait, Anaxagoræ visum grande insolitumque cælo lumen magnitudine amplæ trabis, et id per multos dies fulsisse. Talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit antequam Burin et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed cometam fuisse; ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum jam minus flagraret, redditam suam cometæ faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna quæ notarentur, nihil tamen magis quam quod, ut ille fulsit in cælo, statim supra Burin et Helicen mare fuit. Numquia ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes cometas esse credebat? Hanc habet is differentiam, quod iis continuus ignis est, ceteris sparsus. Trabes enim flammam æqualem habent nec ullo loco intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse illam, quam modo rettuli, Callisthenes tradit.*

lit. Sed ad alia procedendum. *Alexander, Epaminondam puta conspectis urbis reliquiis præsentem mecum comprecari*. Petitio puerilis, translatio dura est, rei vero atrocitas minime exprimitur. Aliud : *Regiæ insaniæ quum impegisset se urbs, tragœdiâ miserabilior fuit*. Hoc ad quodvis potius quam ad id quod aptum est, adornasse sophista videtur; unde fit ut rem propositam minime attingat. Nam acerbum est, opinor, rebus acerbis ridiculum accommodari sermonem. Aliud : *Quid attinet commemorare Olynthios et Thebanos, quæ per singulas urbes morientes perpessi sint?* Aliud simile, quod invenustam stultamque adulationem continet : *Simile quid, Alexander, fecisti Thebas diruens, ac si Juppiter ex suo cœli loco lunam sustulisset; relinquo enim Athenis solem. Nam duæ hæ civitates Græciæ erant ocelli. Quapropter etiam de altero nunc anxius sum; nam unus oculorum evulsus est, urbs Thebarum*. Mihi quidem jocari sophista hisce videtur, non deplorare urbium fortunam, atque spectare quomodo brevissime orationem abscindat, non quomodo sub aspectum ducat calamitatem verborum perspicuitate. Aliud quid simile : *Urbes vicinæ deflebant urbem, quæ quum antea fuisset, videntes jam non amplius esse*. Si quis igitur Thebanis aut Olynthiis sub ipsam eversionem hujusmodi periodos condolens recitasset, viderentur mihi scriptorem derisuri et quodammodo miseriorem ipsis existimaturi fuisse. Aliud genus attingamus ex eodem sophista : *Grave, regionem non consitam esse, quæ satos homines genuit*. Sed non sic Demosthenes, cujus ille sententiam in deterius mutavit. Scribit enim, grave esse Atticam ovium fieri pascuam, quæ prima omnium mitiorem tulerit fructum. Ille vero dum dicit grave esse terram non consitam esse, quæ satos homines produxerit, ex verbis, non ex re oppositionem petivit. Hinc quammaxime friget, sicuti etiam Hermesianax, qui Minervam laudans dixit ita : *Ex Jovis enim capite prognata merito tale habet caput felicitatis*. Idem : *Quis possit Cyri donationem reddere* ἄκυρον (*irritam*)? Et similiter : *Locus quomodo esse possit, invius* (ἄβατος) *sentibus* (βάτῳ) *cinctus?* Talia omnia, Agatharchides ait, sunt ab usu remota; sin ad commiserationem movendam dicta, non procul a decoro absunt; si quis vero ad omnem orationis formam ea adhibet, haud recte judicium instituit. Præterea alia allatis similia apponit eademque criminatione prosequitur, uti istud : *Thebani in prælio contra Macedones commisso plus quam decem millia subverterunt*. O pulcram demonstrationem! Tot homines præter rationem subversi. Et iterum : *Urbe eversa, viri quidem liberorum calamitates sustinuerunt, mulieres vero in Macedoniam translatæ sunt, urbem quodammodo sepelientes*. Aliud simile : *Phalanx Macedonum vi armorum intra muros irruens urbem interfecit*. Illic sepulcrum urbis, hic vero mortem habes; restat ut adjuncta funeris elatione, epigrammate utamur, et integra

ἐκφορὰν δεῖ προσθέντας ἐπιγράμματι χρήσασθαι, καὶ παντελὴς ἡ πρᾶξις. Πλὴν τῆς μὲν τούτου κομψότητος, ἵνα μὴ μανίας εἰπὼν πικρότερος φανῶ, διεληλύθαμεν, φησὶ, τὰ πλεῖστα. Εἰσάγει δὲ μετὰ σαφηνείας καὶ τῆς πρεπούσης λόγῳ κοσμιότητος εἰς τὸν ὅμοιον εἰπόντας τόπον Στρατοκλέα μὲν οὕτως· « Ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν συναγωνισαμένων ὑμῖν τὸν πρὸς Φίλιππον πόλεμον. » Ἅμα, φησὶ, τὸ πάθος τῆς πόλεως εὐσήμως ἐξέθηκε, καὶ τῆς τῶν ἠτυχηκότων φιλίας ὑπεμνήσθη· τὸ δεινὸν γὰρ εὐνοίᾳ παρατεθὲν ἐμβριθεστέρους εἴωθε τοὺς οἴκτους ποιεῖν. Μετὰ Στρατοκλέα ὁμοίως Αἰσχίνην εἰσάγει λέγοντα· « πόλις ἀστυγείτων ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἠφάνισται. » Ἄριστα, φησὶ, τῆς μὲν ἀπωλείας τὸ τάχος τῇ μεταφορᾷ σημήνας, τοὺς κινδύνους δὲ ἐφιστὰς ἐκ τοῦ τὸν πεπονθότα τοῖς ἀκούουσι δεικνύειν ὅμορον ὑπάρχοντα. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Δημοσθένης, φησὶ, μετενέγκας τοὺς λόγους ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω δεδήλωκε· « Τὴν μὲν πόλιν ἐξώρυξεν ἐκ τῶν θεμελίων, ὥστε μηδὲ ἐπὶ ταῖς ἑστίαις καταλιπεῖν τὴν τέφραν, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας τῶν ἡγησαμένων τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διένειμε. » Πικρῶς καὶ σαφῶς καὶ βραχέως ἀφ' ἑκάστου τῶν εἰδῶν εἰληφὼς τὴν ὑπερβολὴν ὅμως τῆς διδασκούσης τὸ πρᾶγμα ἐναργείας οὐκ ἐπελάθετο. Πάλιν ἐπ' Ὀλυνθίων ὁ αὐτὸς ῥήτωρ· « Ὄλυνθον δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις τῶν ἐπὶ Θρᾴκης, ἃς πάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν, ὥστε εἰ μηδὲ πώποτε ἐκτίσθησαν ῥᾴδιον εἶναι προσελθόντας εἰπεῖν, » κτλ.

3.

Dionys. Hal. De comp. verb. tom. V, p. 120 R. : Οἷς δὲ μὴ ἐγένετο πρόνοια τούτου τοῦ μέρους (aptæ verborum compositionis), οἱ μὲν ταπεινὰς, οἱ δὲ κατακεκλασμένας, οἱ δ' ἄλλην τινὰ αἰσχύνην ἢ ἀμορφίαν ἐχούσας ἐξήνεγκαν τὰς γραφάς. Ὧν ἐστι πρῶτος καὶ τελευταῖος καὶ μέσος ὁ Μάγνης σοφιστὴς Ἡγησίας· ὑπὲρ οὗ, μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ἅπαντας, οὐκ οἶδ', ὅτι χρὴ λέγειν, πότερον τοσαύτη περὶ αὐτὸν ἦν ἀναισθησία καὶ παχύτης, ὥστε μὴ συνορᾶν, οἵτινές εἰσιν εὐγενεῖς ἢ ἀγενεῖς ῥυθμοὶ, ἢ τοσαύτη θεοβλάβεια καὶ διαφθορὰ τῶν φρενῶν, ὥστ' εἰδότα τοὺς κρείττους, ἔπειτα αἱρεῖσθαι τοὺς χείρονας· ὃ καὶ μᾶλλον πείθομαι. Ἀγνοίας μὲν γάρ ἐστι καὶ τὸ κατορθοῦν πολλαχοῦ· προνοίας δὲ τὸ μηδέποτε. Ἐν γοῦν τοσαύταις γραφαῖς, ἃς καταλέλοιπεν ὁ ἀνὴρ, μίαν οὐκ ἂν εὕροι τὶς σελίδα συγκειμένην εὐτυχῶς· ἔοικε δὲ ταῦτα ὑπολαβεῖν ἐκείνων κρείττω, καὶ μετὰ σπουδῆς αὐτὰ ποιεῖν, εἰς ἃ δι' ἀνάγκην ἄν τις ἐμπεσὼν ἐν λόγῳ σχεδίῳ δι' αἰσχύνης ἔθετο φρόνημα ἔχων ἀνήρ. Θήσω δὲ καὶ τούτου λέξιν ἐξ Ἱστορίας, ἵνα σοὶ γένηται δῆλον ἐξ ἀντιπαραθέσεως, ὅσην μὲν ἀξίωσιν ἔχει τὸ εὐγενὲς ἐν ῥυθμοῖς, ὅσην δ' αἰσχύνην τὸ ἀγενές.

Τί δὲ ὁ λαμβάνει πρᾶγμα ὁ σοφιστής; τοιόνδε. Ἀλέξανδρος πολιορκῶν Γάζαν, χωρίον τι τῆς Συρίας πάνυ ἰσχυρὸν, τραυματίας τε γίνεται κατὰ τὴν προσ-

---

res est. Festivitatis hujus scriptoris, ne insaniæ dicens acerbior videar, ait, recensuimus plurima. Introducit vero etiam cum perspicuitate et justo orationis ornatu de eadem re dicentes; Stratoclem quidem ita : *Aratur jam et seritur Thebanorum civitas, qui nobiscum contra Philippum arma sumpserunt.* Simul, ait, casum urbis evidenter exposuit, et infelicium amicitiæ recordatus est. Durum enim benevolentiæ appositum majorem solet commiserationem movere. Post Stratoclem similiter Æschinem inducit dicentem : *Urbs contermina e media Græcia sublata est.* Optime, dicit, celeritatem excidii metaphora significat et instans periculum monstrat eo, quod qui ista perpessi sint auditorum finitimos esse dicit. Verum Demosthenes, inquit, ad Alexandrum sermonem transferens ita rem elocutus est : *Urbem funditus evertit, ut ne cinerem quidem reliquerit; liberos vero et uxores eorum, qui Græciæ principatum obtinuerant, per tabernacula barbarorum distribuit.* Acriter et clare et breviter de singulis speciebus usus hyperbolis, non oblitus tamen est quæ rem docet perspicuitatis. Rursum de Olynthiis idem orator : *Olynthum et Methonem et Apolloniam et duas et triginta urbes Thraciæ quas omnes ita crudeliter evertit, ut nunquam conditas esse facile accedentes dicere possint.*

3.

Qui vero in componendis verbis nullam adhibuerunt curam, illi aut humilia aut fracta aut turpitudinem aliam quandam ac deformitatem habentia in lucem scripta protulerunt. Quorum primus et ultimus et medius est Magnesius sophista Hegesias : de quo, per Jovem et ceteros deos omnes, quid sit dicendum plane nescio : utrum ei adeo stupidum fuerit et crassum ingenium, ut perspicere non potuerit, qui numeri generosi aut ignobiles, an tanta diis iratis eum occupaverit stoliditas mentisque depravatio, ut, melioribus perspectis, deteriora tamen præferret : quod quidem ego magis existimo. Ignorantiæ enim est etiam recte dicere sæpenumero, nunquam vero, id est consilii et prudentiæ. Jam inter tot scripta, quæ nobis vir ille reliquit, ne pagellam quidem unicam inveneris felici structura ornatam : hos utique pedes illis præstantiores judicabat, et de industria visus est adhibere; in quos si prudens quispiam necessitate exactus inciderit, idque in oratione facta ex tempore, non poterit a rubore sibi temperare. Hominis vero sermonem ex historia sumptum ante oculos ponam, ut tibi ex mutua comparatione appareat, quantum dignitatis illud in numeris generosum habeat, quantumque sordeat ignobilis structura.

Quam vero rem enarrandam sibi sophista sumit? Hujuscemodi est. Alexander, dum Gazam obsidione cingeret, castellum Syriæ munitissimum, vulnus inter oppugnandum accepit, nec eam, nisi longo post tempore, in potestatem redegit. Ira itaque accensus omnes, quos in urbe vivos invenit, gladio sustulit, Macedonibus permisso, ut quemvis occiderent obvium : ipsum autem imperatorem, quem ceperat, summæ tam fortuna quam corporis præstantia

βολὴν, καὶ τὸ χωρίον αἱρεῖ χρόνῳ φερόμενος. Ὁ δ' ὑπ' ὀργῆς τούς τ' ἐγκαταληφθέντας ἀποσφάττει πάντας, ἐπιτρέψας τοῖς Μακεδόσι τὸν ἐντυχόντα κτείνειν, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτὸν αἰχμάλωτον λαβὼν, ἄνδρα ἐν ἀξιώματι καὶ τύχης καὶ εἴδους, ἐξ ἁρματείου δίφρου δῆσαι κελεύσας ζῶντα, καὶ τοὺς ἵππους ἐλαύνων ἀνὰ κράτος, ἐν τῇ πάντων ὄψει διαφθείρει τοῦτον. Οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν δεινότερα πάθη, οὐδ' ὄψεις φοβερωτέρας. Πῶς δὴ ταῦτα ἡρμήνευκεν ὁ σοφιστὴς, ἄξιον ἰδεῖν, πότερον σεμνῶς καὶ ὑψηλῶς, ἢ ταπεινῶς καὶ καταγελάστως; « Ὁ δὲ βασιλεὺς (erat Βάτις, κρατῶν τῆς Γαζαίων πόλεως, Arrian.) ἔχων τὸ σύνταγμα προηγεῖτο, καί πως ἐβεβούλευτο τῶν πολεμίων τοῖς ἀρίστοις ἀπαντᾶν εἰσιών. Τοῦτο γὰρ ἔγνωστο, κρατήσασιν ἑνὸς συνεκβάλλειν καὶ τὸ πλῆθος. Ἡ μὲν οὖν ἐλπὶς αὕτη συνέδραμεν εἰς τὸ τολμᾶν, ὥστ' Ἀλέξανδρον μηδέποτε κινδυνεῦσαι πρότερον οὕτως· ἀνὴρ γὰρ τῶν πολεμίων, εἰς γόνατα συγκαμφθεὶς, ἔδοξε τοῦτ' Ἀλεξάνδρῳ τῆς ἱκετείας ἕνεκα πρᾶξαι. Προέμενος δ' ἐγγὺς μικρὸν ἐκνεύει τὸ ξίφος ἐνέγκαντος ὑπὸ τὰ πτερύγια τοῦ θώρακος, ὥστε γενέσθαι καὶ τὴν πληγὴν οὐ καιριωτάτην· ἀλλὰ τὸν μὲν αὐτὸς ἀπώλεσε, κατὰ κεφαλῆς τύπτων τῇ μαχαίρᾳ· τοὺς δ' ἄλλους ὀργὴ πρόσφατος ἐπίμπρατο. Οὕτω γὰρ ἑκάστου τὸν ἔλεον ἐξέστησεν ἡ τοῦ τολμήσαντος ἀπόνοια, τῶν μὲν ἰδόντων τῶν δ' ἀκουσάντων, ὥστε ἑξακισχιλίους ὑπὸ τὴν σάλπιγγα ἐκείνην τῶν βαρβάρων κατακοπῆναι. Τὸν μέντοι βασιλέα αὐτὸν ἀνήγαγον ζῶντα Λεόννατος καὶ Φιλωτᾶς· ἰδὼν δὲ πολύσαρκον καὶ μέγαν, ὡς βδελυρώτατον (μέλας γὰρ ἦν καὶ τὸ χρῶμα), μισήσας ἐφ' οἷς ἐβεβούλευτο, καὶ τὸ εἶδος, ἐκέλευσε διὰ τῶν ποδῶν χαλκοῦν ψαλλίον διείραντας ἕλκειν κύκλῳ γυμνόν. Πιλούμενος δὲ κακοῖς περὶ πολλὰς τραχύτητας ἔκραζεν. Αὐτὸ δ' ἦν, ὃ λέγω, τὸ συνάγον ἀνθρώπους. Ἐπέτεινε μὲν γὰρ ὁ πόνος, βάρβαρον δ' ἐβόα δεσπότην καὶ ἱκετεύων· γελᾶν δὲ ὁ σολοικισμὸς ἐποίει· τὸ δὲ στέαρ καὶ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς ἐνέφαινε Βαβυλώνιον ζῷον ἕτερον ἁδρόν. Ὁ μὲν οὖν ὄχλος ἐνέπαιζε, στρατιωτικὴν ὕβριν ὑβρίζων εἰδεχθῆ καὶ τῷ τρόπῳ σκαιὸν ἐχθρόν. »

Deinde Dionysius, comparationis causa appositis versibus Homeri de Achille in corpus Hectoris sæviente (Il. X, 395 sqq.), pergit ita :

Οὕτως εὐγενῶς ἅμα καὶ δεινῶς πάθη λέγεσθαι προσῆκεν ὑπ' ἀνδρῶν φρόνημα καὶ νοῦν ἐχόντων· ὡς δὲ ὁ Μάγνης εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ γυναικῶν ἢ κατεαγότων ἀνθρώπων λέγοιτ' ἂν, καὶ οὐδὲ τούτων μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' ἐπὶ χλευασμῷ καὶ καταγέλωτι. Τί οὖν αἴτιον ἐκείνων μὲν τῶν ποιημάτων τῆς εὐγενείας, τούτων δὲ τῶν φλυαρημάτων τῆς ταπεινότητος; ἡ τῶν ῥυθμῶν διαφορὰ μάλιστα, εἰ καὶ μὴ μόνη.

Historiam ab Hegesia narratam vide ap. Curtium (IV, 6), qui secutus haud dubie est Clitarchum, quem etiam Hegesiam ob oculos habuisse et narrationis atrocitate superare studuisse videtur (cf. Clitarch. fragm. introduct. p. 76). Eunuchus Gazæ rerum tum potitus ap. Curtium audit *Betis*, ap. Arrian. II, 25, 8 Βάτις, quod ipsum nomen fortasse ap. Dionys. pro βασιλεὺς reponendum est. Ceterum manca esse narratio videtur; adeo est inconcinna.

4.

E LIBRIS INCERTIS.

Hyginus Poet. astron. III, 41 : *Piscis qui Notius appellatur. Hic videtur ore aquam excipere a signo Aquario, qui laborantem quondam Isim servasse existimatur : pro quo beneficio simulacrum*

existimationis virum, currui bijugo alligari jussit, atque equis vehementer incitatis omnium in conspectu interemit. Enimvero calamitatem crudeliorem enarrare, aut quidquam aspectu horribilius, nemo poterit. Quomodo vero hæc oratione sophista illustraverit, operæ pretium erit videre; an dictione sublimi et plena gravitatis, an humili prorsus et ridenda. « At Batis cum instructo agmine præibat, et primoribus hostium aliquo modo occurrere constituit, prœlium ingressus. Hoc enim putabat, uno superato, reliquam una ruituram multitudinem. Hæc igitur spes regem comitans impulit ad audendum, adeo ut majori nunquam antea in periculo versaretur Alexander. Vir quidam ex hostium numero, in genua procidens, fidem fecit Alexandro supplicandi animo id egisse. Eum ergo admittens propius, vix declinavit gladium, quem transfuga sub ipsas loricæ pinnulas intulerat, ut non acciperet vulnus letale. Sed cum quidem impacto in caput ferro ipse rex interemit : ceteris vero militibus ex integro ira exarsit : nam singulorum usque adeo misericordiam immutarat hominis audacia perdita, non solum eorum, qui præsentes viderant, sed qui ab aliis rem acceperant, ut ad illum tubæ sonitum sex millia barbarorum interficerentur. Ipsum vero Batin regem Leonnatus et Philotas vivum adduxerunt. Quem ubi obesum conspexit Alexander, et vasto corpore, ut nihil fœdius (erat enim etiam nigro colore), odio non tantum ob ea quæ molitus esset facinora, sed etiam ob formam concepto, jussit ut unco pedes trajectus æreo nudus in orbem raptaretur. Quibus malis gravatus, nimia doloris acerbitate clamorem sustulit. Hoc autem erat, quod dico, cur undique conflueret multitudo. Quum vero magis magisque dolores invalescerent, barbara voce clamabat *Dominum*, supplicatione adhibita; factoque solœcismo omnes in risum egit : ipsa autem adipe et ventris cavitate saginatum aliquod animal Babylonium oculis spectantium subjecit. Insultabat itaque multitudo, ac militari affecit contumelia deformem aspectu et moribus rudem hostem. »

Ea qua Homerus dignitate et gravitate enarrandi sunt affectus ab hominibus ingenio judicioque præditis. Non secus autem Magnesius ille, ac si quid a mulierculis diceretur aut insanis et male feriatis hominibus; idque quum rem haud serio agerent, sed per jocum risumque. Quid ergo rei est cur generosa videantur hæc Homeri carmina, ista autem nugamenta quam vilissima? numerorum scilicet pedumque differentia potissimum, etsi ea non unice causa est.

piscis et ejus filiorum, de quibus ante diximus, inter astra constituit. Itaque Syri complures pisces non esitant, sed eorum simulacra aurata pro diis penatibus colunt. De hoc Hegesias scribit. Pro *Hegesias* Munckerus scribi vult *Ctesias*, quia de eadem re *Ctesias* laudatur in Eratosth. Cataster. 38. Verum quum aliter rem tradat Diodorus Ctesias (fr. 5), probabile potius est in Eratosthenis loco reponendum esse Hegesiam. Ceterum istam Syrorum religionem Hegesias memoraverit in Historia Alexandri. Cf. De eadem re Diognetum p. 134 not. In Ctesiæ fr. p. 13, l. 17 dele vocem *recte*.

(5).

Plutarch. Vit. X oratt. c. 8, 2, p. 844, B, de Demosthene : Ὡς δὲ Ἡγησίας ὁ Μάγνης φησὶν, ἐδεήθη τοῦ παιδαγωγοῦ, ἵνα Καλλιστράτου, Ἐμπέδου, Ἀφιδναίου, ῥήτορος δοκίμου καὶ ἱππαρχήσαντος καὶ ἀναθέντος τὸν βωμὸν τῷ Ἑρμῇ τῷ ἀγοραίῳ, μέλλοντος ἐν τῷ δήμῳ λέγειν, ἀκούσῃ· ἀκούσας δὲ, ἐραστὴς ἐγένετο τῶν λόγων.

« Scripsit (Plutarchus) vel certe scribere voluit ὡς δὲ Δημήτριος ὁ Μάγνης φησίν. Nam Demetrium Magnetem in libris Περὶ ὁμωνύμων de Demosthene scripsisse, intelligitur ex Plutarcho in Demosth. c. 15 et c. 27, Photio cod. 265, p. 1478, et ipso Pseudo-Plutarcho p. 846, E. » Ruhnken ad Rutil. Lup. I, 8; — Ἐμπέδου] sic Pausan. VII, 16, 4; vulgo Ἐμπαίδου; Reiskius Εὐμηλίδου; Wyttenbachius Καλλικράτους. » Empedi filius jam Ol. 91, 4 in Sicilia occubuerat. Errorem detexit Ruhnken. Hist. crit. or. p. 59 » Westermann. ad h. l.

6.

Plinius H. N. VII, 5. 57 : *Longa nave Iasonem primum navigasse Philostephanus auctor est, Paralum Hegesias.* Hæc ad nostrum Hegesiam spectare videntur. Alium Hegesiam Maroneum laudat Plinius in ind. auctor. libri VIII. Is de agricultura scripserat. V. Auct. lat. Rei Rust. p. 54, 164.

7.

Strabo IX, p. 396 : Ἀλλὰ γὰρ, εἰς πλῆθος ἐμπίπτων τῶν περὶ τῆς πόλεως ταύτης ὑμνουμένων τε καὶ διαβοωμένων, ὀκνῶ πλεονάζειν, μὴ συμβῇ τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν τὴν γραφήν. Ἔπεισι γὰρ ὅ φησιν Ἡγησίας, « Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἐκεῖ σημεῖον· ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης· ἐκεῖνο Λεωκόριον· τοῦτο Θησεῖον· οὐ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον· ἡ γὰρ Ἀττικὴ θεῶν ἐστι κτίσμα καὶ προγόνων ἡρώων. » Ἀλλ' οὗτός γε ἑνὸς μόνου ξοάνου τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει μέμνηται· Πολέμων δὲ ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει· τὸ δ' ἀνάλογον συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας. Ἐλευσῖνά τε εἰπὼν (sc. Hegesias) ἕνα τῶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα δήμων, πρὸς δὲ καὶ τεττάρων, ὥς φασιν, οὐδένα τῶν ἄλλων ὠνόμακεν.

Hæc igitur scriptionem Hegesiæ de Athenis vel Attica arguunt, quæ tamen minus justa periegesis, quàm oratio epidictica de claritate Athenarum fuerit.

8.

Vitruvius VIII, 4 : *Theophrastus, Timæus, Posidonius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, magna vigilantia et infinito studio locorum proprietates, aquarum virtutes ab inclinatione cœli ita distributas esse scriptis declararunt.*

Hoc quo pertineat parum liquet.

Subjicio quæ Rutilius Lupus ex orationibus Hegesiæ servavit.

9.

Rutil. Lup., I, 7 : *Hegesiæ : Miseremini mei, judices, quem conjurata tanta vis inimicorum oppugnat. Miseremini solitudinis, cui ne in summo quidem tempore periculi liberos adhibere ad communem calamitatem deprecandam licitum est. Miseremini senectutis, quæ me etiam sine ceteris malis graviter defatigat.*

10.

Idem II, 2 : *Hegesiæ : Diversa studia adolescentium animum adverteramus, tametsi fratres erant, uno atque eodem sanguine orti. Alter in*

5.

Hegesias (?) Magnes scribit Demosthenem precibus a pædagogo impetrasse, ut sibi liceret audire Callistratum, Empædi filium Aphidnæi, oratorem nobilem et qui aliquando magister equitum fuisset, ac Mercurio forensi aram dedicasset, verba tum ad populum facturum. Quem ubi audivit, amore dicendi est captus.

7.

In multitudinem incidens eorum, quæ de Athenarum urbe cantantur et in ore hominum versantur, vereor ne, si copiosor sim, ab instituto meo scriptio aberret. Venit enim mihi in mentem quod Hegesias dixit : « Video arcem; signum ibi est tridentis : video Eleusinem, sacrorumque mystes sum; ibi est Leocorium, hic Theseum : non possum singula exponere : est enim Attica deorum opus et priscorum heroum. » Verum hic quidem unius tantum in arce simulacri mentionem fecit; Polemo autem Periegetes quattuor libros conscripsit de donariis in arce dedicatis : quam proportionem requirunt etiam reliquæ urbis et agri partes. Porro Eleusinem unam ex centum et septuaginta quattuor curiis dicens Hegesias, reliquarum nullam nominavit.

studio laudis versabatur, et industria viam gloriosam, sed laboriosam sequebatur : alter in augenda pecunia occupatus et habendi cupiditate depravatus, summas divitias summam virtutem existimabat : hic nimirum magis erat laboriosus, qui laborem condendi ; non utendi causa suscipiebat.

11.

Idem II, 10 : *Hegesiæ : Non hæc est, ut vulgari verbo appellatur, calamitas. Quid igitur? Quod proprium imponam, nescio, nisi illud unum, tantam esse ærumnæ magnitudinem, ut omnem fortunæ superbissimam crudelitatem ingenii miseria superarit.*

MENÆCHMUS SICYONIUS.

Suidas : Μάναιχμος, Σικυώνιος (*), υἱὸς Ἀλκιβίου ἢ Ἀλκιβιάδου, ἱστορικός. Γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν διαδόχων. Ἔγραψεν ἱστορίαν τὴν κατὰ τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον. Cf. Eudocia p. 299. — Veram nominis formam esse Μέναιχμος ex Athenæo et Schol. Pindari colligitur; corruptam præter Suidam habet Stephanus Byz. (fr. 1). Ceterum Alexandri Historia expressis verbis nusquam laudatur. Ejusdem vero, ut videtur, auctoris afferuntur libri *De rebus Sicyoniorum* (fr. 2 sq.), *De artificibus* (fr. 5 sq.), *De toreutice* (10), et Λόγος Πυθικός (11).

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

Steph. Byz. : Τηλέφιος, δῆμος· καὶ Τηλέφου κρήνη, Λυκίας. Μέναιχμος (cod. Rhedig. Μενέμαχος; vulgo Μενέμαιχμος) γάρ φησιν ὅτι ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων Πατάρων Τηλέφου κρήνη δείκνυται, διὰ τὸ Τήλεφον ἀπονίψασθαι ἐκεῖ τὸ τραῦμα, θολερὰν δὲ εἶναι. Ἔστι καὶ δῆμος Τηλέφιος.

Probabiliter hæc ad Alexandri Historiam refert Kiessling. (De Menæchmo Sicyonio et Hieronymo Rhod. Comment. Cizæ 1830, p. 6) collato loco Plutarchi in Alex. c. 17 : Ἔστι δὲ τῆς Λυκίας κρήνη περὶ τὴν Ξανθίων πόλιν, ἧς τότε λέγουσιν αὐτομάτως περιτραπείσης καὶ ὑπερβαλούσης ἐκ βυθοῦ δέλτον ἐκπεσεῖν χαλκῆν τύπους ἔχουσαν ἀρχαίων γραμμάτων, ἐν οἷς ἐδηλοῦτο παύσεσθαι τὴν Περσῶν ἀρχὴν ὑπὸ Ἑλλήνων καταλυθεῖσαν. Alexandri historias etiam Plinius ante oculos habuerit, qui cum reliquis rerum Alexandri scriptoribus etiam Menæchmum recenset inter eos, ex quibus libros XII et XIII de plantis Asiæ consarcinavit.

ΣΙΚΥΩΝΙΑΚΑ.

2.

Athenæus VI, p. 271, D : Ἱστορεῖ καὶ Μέναιχμος ἐν τοῖς Σικυωνιακοῖς κατωνακοφόρους καλεῖσθαι δούλους τινάς, παραπλησίους ὄντας τοῖς ἐπευνάκτοις. Eadem Theopompus fr. 195. De re cf. Müller. *Dor.* II, 41.

3.

Schol. Pind. Nem. IX, 30 : Μέναιχμος δὲ ὁ Σικυώνιος οὕτω γράφει· « Χρόνου παρελθόντος πολλοῦ Πρῶναξ μὲν ὁ Ταλαοῦ καὶ Λυσιμάχης τῆς Πολύβου βασιλεύων Ἀργείων ἀποθνήσκει, καταστασιασθεὶς ὑπὸ Ἀμφιαράου καὶ τῶν Ἀναξαγοριδῶν· Ἄδραστος δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ Πρώνακτος φυγὼν ἦλθεν εἰς Σικυῶνα καὶ τὴν Πολύβου μητροπάτορος βασιλείαν λαβὼν ἐβασίλευσε τῆς Σικυῶνος, καὶ τῆς Ἥρας τῆς ἀλεξάνδρου καλουμένης ἱερὸν καθ' ὅνπερ ᾤκει τόπον ἱδρύσατο. Τὴν δὲ ἐπωνυμίαν ἔλαβε ταύτην τὸ ἱερὸν διὰ τὸ φεύγοντα τὸν Ἄδραστον ἱδρύσασθαι καὶ καλέσαι ἱερὸν Ἥρας ἀλεξάνδρου· τὸ δὲ φυγεῖν τινες ἀλᾶσθαι ὠνόμαζον.

Καταστασιασθείς] codd. κατασταθείς. Cf. Ælian. V. H. IV, 5 : Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Πρώνακτι καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν· διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολουμένου τοῦ Πρώνακτος τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτῷ, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξάρχῳ. — Anaxagoridæ aliunde vix noti. Num fuit τῶν ἄλλων Μελαμποδιδῶν?

4.

Plinius H. N. IV, 12, 21 : (Eubœa) *antea vocirat* κατωνακοφόρους (catonaca veste indutos) dici servos quosdam eorum similes, qui ἐπεύνακτοι dicantur.

(*) Alii : Suidas : Μάναιχμος, Ἀλωπεκοννήσιος, κατὰ δέ τινας Προικοννήσιος, φιλόσοφος Πλατωνικός· ἔγραψε φιλόσοφα· καὶ εἰς Πλάτωνος Πολιτείας βιβλία γ'. Menæchmus mathematicus, Eudoxi disc., ap. Plutarch. Mor. p. 718 D (876 Didot.), Proclus ad Euclid. p. 19, 21, 22, 31, 68, ap. Eutoc. ad Archimed. sphær. p. 21 sq. ed. Basil. (v. Bernhardy. Eratosth. p. 174, 180, Jacobs ad Anthol. vol. I, p. II, p. 315 sqq.) — Menæchmus statuarius Naupactius ap. Pausan. VII, 18, 10, (cf. Müller. *Archæol.* § 82; 85, 1, Tiersch. *Ep. d. Kst.* p. 102.

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

Menæchmus septem stadiis a Pataris monstrari dicit fontem Telephi, qui inde nomen habeat, quod Telephus ibi vulnus abluerit; cum turbidum esse addit.

DE REBUS SICYONIORUM.

2.

Menæchmus quoque in libris de rebus Sicyoniorum narrat κατωνακοφόρους (catonaca veste indutos) dici servos quosdam eorum similes, qui ἐπεύνακτοι dicantur.

3

Menæchmus Sicyonius ita scribit : « Multo post Pronax Talai et Lysimachæ Polybo natæ filius, rex Argivorum moritur seditione ab Amphiarao et Anaxagoridis (?) oppressus. Adrastus vero frater Pronactis fuga sibi consulens Sicyonem venit ad Polybum, avum maternum, qui regnum Sicyonis ei tradidit. Ibi ad domum suam templum exstruxit Junonis quam ἀλέξανδρον vocant, propterea quod fugitivus id dedicasset : nam *fugere* nonnulli ἀλᾶσθαι dicebant. »

tata est,... ut Menæchmus, Abantias. — Unde hæc fluxerint, incertum.

ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΙΤΩΝ.

5.

Athenæus XIV, p. 635, B : Μέναιχμος δ' ἐν τοῖς Περὶ τεχνιτῶν τὴν πηκτίδα, ἣν τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ μαγάδι, Σαπφώ φησιν εὑρεῖν.

Idem, p. 635, E : Πηκτὶς δὲ καὶ μάγαδις ταὐτὸν, καθά φησιν ὁ Ἀριστόξενος καὶ Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος ἐν τῷ Περὶ τεχνιτῶν. Καὶ τὴν Σαπφὼ δέ φησιν οὗτος, ἥτις ἐστὶν Ἀνακρέοντος πρεσβυτέρα, πρώτην χρήσασθαι τῇ πηκτίδι.

6.

Idem XIV, p. 637, F : Τὴν δὲ ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτόν φησι Μέναιχμος εἰσαγαγεῖν Ἀριστόνικον τὸν Ἀργεῖον, τῇ ἡλικίᾳ γενόμενον κατὰ Ἀρχίλοχον, κατοικήσαντα ἐν Κορκύρᾳ.

7.

Idem XIV, p. 638, A : Δίωνα δὲ τὸν Χῖον τὸ τοῦ Διονύσου σπονδεῖον πρῶτον κιθαρίσαι Μέναιχμος (φησίν).

8.

Idem II, p. 65, A : Ὅτι τὸ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον ἐπύλλιον, ἐπιγραφόμενον δὲ Ἐπικιχλίδες, ἔτυχε ταύτης τῆς προσηγορίας διὰ τὸ τὸν Ὅμηρον ᾄδοντα αὐτὸ τοῖς παισὶ κίχλας δῶρον λαμβάνειν, ἱστορεῖ Μέναιχμος ἐν τῷ Περὶ τεχνιτῶν.

9.

Schol. Pind. Nem. II, 4 : Μέναιχμος ἱστορεῖ τοὺς ῥαψῳδοὺς στιχῳδοὺς καλεῖσθαι διὰ τὸ τοὺς στίχους ῥάβδους λέγεσθαι ὑπό τινων. Cf. Welcker. *Cyclus* p. 362 not.

ΠΕΡΙ ΤΟΡΕΥΤΙΚΗΣ.

(10 ?)

Plinius H. N. XXXIV, 8, 19 : *Menæchmi vitulus genu premitur replicata cervice : ipseque Menæchmus scripsit de sua arte.*

In auctorum elencho lib. 33 et 34 recensentur : « Antigonus qui de toreutice, Menæchmus qui item, Duris qui item. » Utrum hic Menæchmus idem cum nostro Sicyonio necne incertum est. Cf. Müller. *Archæol.* § 35, 1. Diversum esse suspicor.

ΠΥΘΙΚΟΣ.

11.

Schol. Pind. Pyth. IV, 313 : Ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ φορμικτάς] Ἀπόλλωνος τὸν Ὀρφέα φησὶν εἶναι, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι Οἰάγρου λέγουσιν. . Παρατίθεται (Χαῖρις) καὶ χρησμόν τινα, ὅν φησι Μέναιχμον ἀναγράψαι ἐν τῷ Πυθικῷ. Ἔχει δὲ οὕτως·

Πιέρες αἰνοπαθεῖς, στυγνὴν ἀποτίσετε λώβην
Ὀρφέ' ἀποκτείναντες Ἀπόλλωνος φίλον υἱόν.

Καὶ Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ Τραγῳδουμένων ἱστορεῖ Ἀπόλλωνος καὶ Καλλιόπης Ὑμέναιον, Ἰάλεμον, Ὀρφέα.

Haud absurdum videtur Menæchmum Sicyonium Πυθικὸν λόγον composuisse, quum in patria urbe Apollinis cultus tantopere celebraretur. Lucas Holstenius etiam Stephani locum (fr. 1) ex hoc libro petitum esse censuit. Kiessling. De Menesæchmo oratore (v. Westermann. *Gr. Bereds*. 54, 30) nemo cogitaverit.

DE ARTIFICIBUS.

5.

Menæchmus libro De artificibus, pectidem, quæ eadem cum magadi est, a Sapphone inventam dicit.

Pectis et magadis idem instrumentum, uti dicit Aristoxenus et Menæchmus Sicyonius, qui Sapphonem, quæ Anacreonte est antiquior, primam pectide usum esse tradit.

6.

Assa cithara canere, Menæchmus ait primum instituisse Aristonicum Argivum, qui Archilochi vixerit ætate et Corcyræ habitaverit.

7.

Dionem Chium, Menæchmus ait, primum fuisse, qui Bacchi spondeum cithara caneret.

8.

Breve carmen, quod Homero auctori tribuitur Epicichlides inscriptum, eo sortitum id nomen esse narrat Menæchmus in libro De artificibus, quod Homerus pueris illud carmen canens turdos ab his in præmii locum acceperit.

9.

Menæchmus narrat rhapsodos appellatos esse stichodos, quod stichi (*versus*) a nonnullis rhabdi dicerentur.

DE PYTHICO ORACULO.

11.

Chæris grammaticus oraculum affert, quod Menæchmum literis tradidisse ait in tractatu De oraculo Pythico. Verba ejus sunt :

Pierides gravia perpessæ, tristem ulciscemini injuriam
Orpheum interficientes Apollinis carum filium.

ANTICLIDES ATHENIENSIS.

Anticlides Atheniensis (fr. 2. 8) qua vixerit ætate certius definiri nequit. Duridi (fr. 4) et Istro (fr. 6) præponitur a Plutarcho : unde sub primis Ptolemæis eum floruisse conjicias. Scripsit Δηλιακά, Νόστους, opus amplissimum, et Ἐξηγητικά. Quorum argumenta virum ostendunt præ ceteris versatum in expositione fabularum antiquitatumque, quæ ad urbium origines, res sacras aliaque instituta pertinent. Præterea opus composuit *De rebus Alexandri*, cujus semel tantum diserta fit mentio. Verum vel ex tenuissimis istis fragmentis colligimus etiam in Alexandri historia Anticlidem data occasione ostendisse illum rerum priscarum scrutatorem, quem ex reliquis ejus operibus cognovimus.

ΤΑ ΚΑΤ' ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

1.

E LIBRO SECUNDO.

Diogen. L. VIII, 11 : Τοῦτον (sc. Πυθαγόραν) καὶ γεωμετρίαν ἐπὶ πέρας ἀγαγεῖν, Μοίριδος πρῶτον εὑρόντος τὰς ἀρχὰς τῶν στοιχείων αὐτῆς, ὥς φησιν Ἀντικλείδης ἐν δευτέρῳ Περὶ Ἀλεξάνδρου. Cf. Wilkinson. *Manners and Customs*, tom. III, p. 342 ; Bunsen. *Ægypten*, tom. II, p. 205.

2.

Plinius. H. N. VII, 57 (p. 47 Tauchn.) : *Anticlides in Ægypto invenisse* (sc. literas) *quendam nomine Menona tradit, quindecim annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ regem : idque monumentis approbare conatur.* Bekker. Anecd. p. 783, 12 : Ἀντικλείδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος Αἰγυπτίοις τὴν εὕρεσιν [τῶν γραμμάτων] ἀνατίθησι.

Hæc quoque ex opere de rebus Alexandri petita esse ex fragm. 1 collegeris. Menon si idem est cum Mene, quem vulgo dicunt, Anticlides systema chronologicum secutus est, quod a reliquis, quæ novimus, longe recedit. *Amenophin* qui Memnon Græcis dicitur, regem dynastiæ XVIII vel XIX, intelligi voluit Rask., improbante Bæckhio *Manetho u. d. Hunds-sternperiode* p. 294. Sec. Manethonem Phoronei tempora ad regnum pastorum referri possunt. Fortasse igitur Menon idem est cum rege *Bnon*, *Anon*, *Mæon* (sec. Syncell.). qui pertinet ad dyn. XVII Eusebii. Alius ejusdem dyn. rex ap. schol. Platonis p. 424 anni solaris rationes primus ordinasse narratur. Cf. Maneth. fr. 49.

3.

Plutarch. Alex. c. 46 post Ptolemæum et ante Duridem ponit Anticlidem in eorum numero, qui quæ de Amazone Alexandrum conveniente narrantur, πλάσμα esse dixerunt. Cf. Onesicrit. fr. 5.

ΔΗΛΙΑΚΑ.

4.

E LIBRO SECUNDO.

Schol. Apollon. Rhod. I, 1207 : Ἀντικλείδης (Διοκλείδης cod. Paris.) δὲ ἐν τοῖς Δηλιακοῖς ἱστόρησεν, οὐ τὸν Ὕλαν εἰς τὴν ὑδρείαν ἐξεληλυθέναι, ἀλλὰ τὸν Ὕλλον, καὶ ἀνεύρετον γενέσθαι.

Idem I, 1298 : Ἰδίως δὲ Ἀντικλείδης ἐν τῷ β' τῶν Δηλιακῶν, Ὕλλον φησὶ τὸν Ἡρακλέους υἱὸν ἀποβάντα ἐφ' ὕδωρ, μὴ ὑποστρέψαι.

5.

Plutarch. De mus. c. 14 : Ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ (sc. Ἀπόλλωνος), ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας, τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δ' αὐλούς, ἡ δ' ἐν μέσῳ προκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. Ὅτι δ' οὗτος οὐχ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς (Ἀντικλείδης recte Reines.) καὶ Ἴστρος (fr. 35) ἐν ταῖς Ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο· οὕτω

DE REBUS ALEXANDRI.

1.

E LIBRO SECUNDO.

Pythagoram excoluisse geometriam, sed inventa prima ejus elementa a Mœride esse tradit Anticlides libro secundo De Alexandro.

2.

Anticlides Atheniensis inventionem literarum tribuit Ægyptiis.

DELIACA.

4.

E LIBRO SECUNDO.

Anticlides in Deliacis non Hylam, sed Hyllum aquatum exiisse et disparuisse narrat.

Anticlides in Deliacorum libro secundo Hyllum Herculis f., ad aquam hauriendam profectum non rediisse dicit.

5.

Simulacrum Apollinis in Delo positum in dextra manu arcum, læva Gratias habet, quarum quævis aliquod musicum instrumentum tenet; lyram una, alia tibias, media fistulam ori admotam. Neque meus est hic sermo; sed An-

δὲ παλαιόν ἐστι τὸ ἀφίδρυμα τοῦτο, ὥστε τοὺς ἐργασαμένους αὐτὸ τῶν καθ' Ἡρακλέα Μερόπων φασὶν εἶναι.

Ad Deliaca referre licet etiam fr. 25.

ΝΟΣΤΟΙ.

6.

E LIBRO SECUNDO.

Athenæus IV, p. 157, F : Ἡμῖν δὲ αὐτάρκης μερὶς, ἣν ἂν παρ' ὑμῶν λάβωμεν, καὶ οὐ χαλεπαίνομεν ὡς ἔλαττον φερόμενοι, καθάπερ ὁ παρ' Ἀντικλείδῃ Ἡρακλῆς. Φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων· « Μετὰ τὸ συντελέσαι τοὺς ἄθλους, Ἡρακλέα, Εὐρυσθέως θυσίαν τινὰ ἐπιτελοῦντος, συμπαραληφθέντα, καὶ τῶν τοῦ Εὐρυσθέως υἱῶν τὰς μερίδας ἑκάστῳ παρατιθέντων, τῷ δ' Ἡρακλεῖ ταπεινοτέραν παραθέντων, ὁ Ἡρακλῆς, ἀτιμάζεσθαι ὑπολαβὼν, ἀπέκτεινε τρεῖς τῶν παίδων, Περιμήδην, Εὐρύβιον, Εὐρύπυλον. »

Perimedes et Eurybius sec. Apollodorum II, 8, 1, post mortem Herculis ab Atheniensibus prœlio cum Eurystheo commisso interfecti sunt. Eurypylum Eurysthei filium non habet Apollodor. l. c., nec aliunde novi. Notus vero Eurypylus Neptuni f., Coi insulæ rex, quem Troja rediens Hercules interfecit (Apollod. II, 7, 1), cujusque filia Chalciope Thessalum Herculi peperit. Hoc quum aptum Nostis argumentum sit, fortasse hac occasione de altero Eurypylo item ab Hercule interfecto verba fecit.

7.

E LIBRO DECIMO SEXTO.

Athenæus XI, p. 466, C : Ἀντικλείδης δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ Νόστων, περι Γρᾶ διηγούμενος, τοῦ τὴν ἀποικίαν εἰς Λέσβον στείλαντος σὺν ἄλλοις βασιλεῦσι, καὶ ὅτι χρησμὸς ἦν αὐτοῖς, δηλώσας καθεῖναι διαπλέοντας τῷ Ποσειδῶνι εἰς τὸ πέλαγος παρθένον, γράφει καὶ ταῦτα· « Μυθολογοῦσι δὲ περὶ τῶν ἐν Μηθύμνῃ τινὲς περὶ τῆς ἀφεθείσης εἰς τὴν θάλασσαν παρθένου, καί φασιν, ἐρασθέντα αὐτῆς τῶν ἡγεμόνων τινὰ, ᾧ ἦν τοὔνομα Ἔναλος, ἐκκολυμβῆσαι, βουλόμενον ἀνασῶσαι τὴν παιδίσκην. Τότε μὲν οὖν, ὑπὸ κύματος αὐτοὺς ἀμφοτέρους κρυφθέντας, ἀφανεῖς γενέσθαι, χρόνῳ δ' ὕστερον, ἤδη τῆς Μηθύμνης οἰκουμένης, παραγενέσθαι τὸν Ἔναλον, καὶ διηγεῖσθαι τὸν τρόπον, καὶ ὅτι ἡ μὲν παρθένος παρὰ ταῖς Νηρηίσι διέτριβεν, αὐτὸς δὲ τὰς τοῦ Ποσειδῶνος ἔβοσκεν ἵππους· καί ποτε καὶ, κύματος ἐπιφερομένου μεγάλου, συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκβῆναι, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ οὕτω θαυμασίου, ὡς τὸν παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραβαλλόμενον οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. »

Eandem historiam ex Myrsili Lesbiacis (fr. 12) paullo aliter narrat Plutarchus. De sollert. anim. c, 36 et in Sympos. c. 20. Cf. Müller. *Min.* p. 466. De critica hujus loci ratione adi Schweighæuserum. — Cum Æolicæ migrationis historia probabiliter conjungenda sunt quæ leguntur fr. 21.

8.

E LIBRO SEPTUAGESIMO OCTAVO (?).

Athenæus IX, p. 384, D : Ἀντικλείδης δ' ἐν ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ Νόστων, « Ἐν δείπνῳ, φησὶ, μελλόντων Χίων ὑπ' Ἐρυθραίων ἐξ ἐπιβουλῆς ἀναιρεῖσθαι, μαθών τις τὸ μέλλον γίγνεσθαι, ἔφη·

Ὦ Χῖοι· πολλὴ γὰρ Ἐρυθραίους ἔχει ὕβρις·
φεύγετε δειπνήσαντες ὑὸς κρέα, μηδὲ μένειν βοῦν. »

---

ticlides et Ister in libris quos De apparitionibus deorum scripsit, hæc retulerunt.

REVERSIONES.

6.

E LIBRO SECUNDO.

Nobis suffecerit portio, quamcunque a vobis accipiemus, neque ægre feremus tanquam minus ferentes, quemadmodum apud Anticlidem Hercules. Ait enim hic secundo libro Reversionum, Herculem laboribus suis defunctum, quum sacrificium aliquod celebraret Eurystheus, ad convivium cum aliis esse adhibitum. Ubi quum filii Eurysthei portiones unicuique apponerent, Herculi vero apposuissent tenuiorem et viliorem, occidisse Herculem tres ex pueris, Perimedem, Eurybium, Eurypylum.

7.

E LIBRO DECIMO SEXTO.

Anticlides Atheniensis decimo sexto Reversionum, ubi de Gra loquitur, qui cum aliis regibus in Lesbum insulam coloniam duxit, quibus oraculo mandatum fuerat, ut inter navigandum Neptuno virginem in mare projicerent, post alia hæc scribit : « Nonnulli vero priscas de rebus Methymnensium et de projecta in mare virgine fabulas referentes aiunt unum e ducibus, nomine Enalum, virginis amore captum in mare prosiluisse servaturum puellam : ac tunc quidem undarum fluctibus opertos ambos evanuisse; aliquanto post vero, quum jam colonis frequentata Methymna esset, comparuisse Enalum, et quid interim accidisset, quove pacto, narrasse, dicentem apud Nereidas versari virginem, ipsum vero Neptuni equos pascere; fluctu autem aliquando ingenti excitato, cum eo enatantem ipsum mari egressum esse, manu tenentem poculum ex auro tam admirabili, ut quod apud Methymnæos reperitur cum illo collatum nihil ab ære differret. »

8.

E LIBRO SEPTUAGESIMO OCTAVO (?)

Anticlides libro septuagesimo octavo Reversionum hæc scribit : « Chios Erythræi inter cœnandum ex insidiis interficere paraverant. Quorum consilium quum comperisset quispiam, dixit :

O Chii! ingens vobis scelus ab Erythræis imminet : [nam. »
fugite postquam suillam comederitis, neu manete bovi-

Ἐν ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ] « Cogitemus de hoc numero : nam quale id poema (!) fuerit, quod contineret libros LXXVIII aut etiam plures? » CASAUBONUS. » Fortasse vero non tam per justæ magnitudinis *libros* quam per singulos νόστους, i. e. singulorum virorum notabilium *reditus*, distributum erat. « SCHWEIGHÆUSER. Certiori judicio pronuntiari aliquid posset, si compertum haberemus quousque narrationibus suis Anticlides descenderit. Num etiam tempora historiæ luce clara tractavit, viros principes gentesque recensens, qui bello aliisve de causis moti vel coacti patriam reliquerunt, deinde vero recuperarunt aut recuperare studuerunt? Minime hoc improbabile est. Nam excessisse Nostrum fines, quibus Nosti epici (V. Welcker. *Cycl. Hom.*, p. 273—287) continebant se, id extra dubitationem positum est fragmento libri decimi sexti. Igitur exemplum secutus fuerit Clitodemi, quem ἐν ὀγδόῳ Νόστων (fr. 24) de reditu Pisistrati egisse scimus. Eodemque modo post Anticlidem egerit Lysimachus, quamquam hoc ex ipsis reliquiis minus clare apparet. Laudatur sane Lysimachus (fr. 14) ἐν β' Νόστων (ap. Photium et Suid. v. Σαμίων ὁ δῆμος) de Polycrate tyranno; sed quum reliqua, quæ e libro secundo et tertio afferuntur, omnia spectent ad Troica tempora, auctor data occasione ad Polycratis res excurrisse censeatur. At nescio an pro ἐν β' scribendum sit ἐν η' (frequens litt. β et η in mss. permutatio) vel ἐν ιδ'. Ut ut est, si ad Medica usque Anticlides νόστων recensum perduxit, ad octoginta fere libros moles operis excrescere potuit. Fortasse igitur fragmentum nostrum referas ad bellum Chiorum, quod Herodotus (I, 18) innuit verbis : Καὶ γὰρ δὴ πρότερον οἱ Μιλήσιοι τοῖς Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδιήνεικαν. Sin corruptum esse libri numerum mihi concedis, ita ut pro ἐν τῷ οη' olim fuerit ἐν τῷ ιη', Anticlidæ loco admoverim narrationem Hippiæ Erythræi (ap. Athen. VI, p. 258 F.) Tradit Hippias Cnopum, Codri filium regemque Erythræorum, interfectum esse ab Ortyge, qui ipse Chiorum satellitio fisus sæva Erythræos presserit tyrannide. Mox vero filium Cnopi, Hippotem, qui Colophonem aufugerat, in patriam reversum esse et Erythræorum opera usum amicos tyranni, dum festa agerent, trucidasse atque sic recuperasse regnum paternum. Quod quidem argumentum et Νόστων operi, et fragmento nostro optime convenit.

9.

E LIBRIS INCERTIS.

Clem. Al. Protr. c. 3, p. 12, 34 Sylb. (I, 36 Kl.) : Λυκτίους γὰρ (Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν οὗτοι) Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις ἀποφαίνεται ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διΐ. Exscripsit Euseb. P. E. p. 157, C. Cf. Müller. *Min.* p. 163.

10.

Schol. Ar. Nub. 144 : Exstant veteres χρησμοὶ iambicis metris concepti, ut ἐν Λέσβῳ Ναπαίου Ἀπόλλωνος ὁ δοθεὶς Πέλοπι, αἰτοῦντος αὐτὸν ἀνάθημα τοῦ θεοῦ τὴν ἄρνα τὴν χρυσῆν, ἕτερα παρέχοντι κειμήλια. Ἔστι (ἔχει Dindf.) δὲ οὕτως·

Ὃ βούλομαι δὸς, μὴ δίδου δ' ὃ μὴ θέλω

Φέρει δὲ τὸν χρησμὸν τοῦτον Ἀντικλείδης ἐν τοῖς Νόστοις.

Eadem ex schol. Arist. transcripsit Suidas v. Ἀνάθημα et Ἀντικλείδης.

De Apolline Ναπαίῳ a Lesbiis culto v. Macrob. Sat. I, 17 Suidas : Νάπη, πόλις Λέσβου, ὅθεν Ἀπόλλων Ναπαῖος. Quam glossam omittunt codd. Paris. et Leid. (A et V. ap. Bernhardy.). Cf. Suidas v. Ἀνάθημα. Ceterum de historia, unde hæc desumpta fuerint, mihi non constat.

11.

Tzetzes Lyc. 464 : Ἀντικλείδης δὲ ὑπὸ Πάριδός φησι τοξευθέντα ἀποθανεῖν (sc. τὸν Αἴαντα). Sic etiam Dares Phrygius 35 et Hypothesis ad Soph. Ajac. extr. : Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Πάριδος τρωθεὶς ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἱμορροῶν; alii pro Paride posuerunt Ulyssem (Cic. De invent. I, 8; Quinctil. IV, 2, 13). V. Lobeck. ad Ajac. p. 377; Wunder. ad Aj. p. 18.

12.

Schol. Hom. Od. δ', 355 : Ἀντικλείδης ἱστορεῖ, ὅτι ποθοῦσα Μενέλαον Ἑλένη λάθρα ἔξεισι τῆς πόλεως, καὶ Καρικὸν εὑροῦσα πλοῖον παρακαλεῖ τὸν ναύκληρον, ὃς ἐκαλεῖτο Φάρος, εἰς Λακεδαίμονα αὐτὴν ἀποκατα-

---

9.

Lyctios in Creta insula homines Jovi mactare Anticlides narrat in Reversionibus.

10.

In Lesbo Apollo Napæus oraculum Pelopi dedit, quo jussit ut agnam illam auream ipsi donarium voveret, quum alia Pelops deo dona offerret. Verba oraculi ita se habent :

Quod volo da, ne des quod nolo.

Affert hoc oraculum Anticlides in Reversionibus.

11.

Anticlides Ajacem a Paride sagitta confossum periisse dicit.

12.

Anticlides narrat Helenam Menelai desiderio captam clam urbem reliquisse; et quum Caricum deprehendisset navigium, rectori ejus, cui Pharo nomen, jussisse ut in Lacedæmoniam transportaret ipsam. Verum tempestate de-

στῆσαι. Χειμασθέντες δὲ ἧκον εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐνθάδε τῆς νεὼς ἀποβάντα τὸν Φάρον ὄφις ἀναιρεῖ. Ἡ δὲ θάψασα αὐτὸν, οὕτως ὠνόμασε τὴν νῆσον.

ΕΞΗΓΗΤΙΚΟΝ

sive

ΕΞΗΓΗΤΙΚΑ.

Ejusdem tituli et argumenti librum composuit Clidemus, Atthidum scriptorum vetustissimus. Vide Fragm. Histor. Prolegg. p. LXXXVII.

13.

Athen. XI, p. 473, B : Καδίσκος Ἀγγεῖον δ' ἐστὶν, ἐν ᾧ τοὺς κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσιν, ὡς Ἀντικλείδης φησὶν ἐν τῷ Ἐξηγητικῷ, γράφων οὕτως· « Διὸς κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε. Καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθηματοῦντα * στέψαντα ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ, καὶ ἐκ τοῦ μετώπου τοῦ κροκίου *, καὶ ἐσθεῖναι, ὅ τι ἂν εὕρῃς, καὶ εἰσχέαι ἀμβροσίαν. Ἡ δ' ἀμβροσία ὕδωρ ἀκραιφνὲς, ἔλαιον, παγκαρπία. Ἅπερ ἔμβαλε.

Locus vix sanabilis. Casaubonus postrema corrigi voluit : Ἐκ τοῦ μετώπου ἄωτον κρόκινον κρεμαννύναι, καὶ ἔννυσθαι ὅ τι ἂν εὕρῃς, εἶτά οἱ Χέαι ἀμβροσίαν κτλ. Latine locum expressit ita : « *Jovis Ctesii signa ita statuenda : Cadiscum novum utrinque ansatum operculo tegendum : simulacri* (!) *auribus coronam e lana alba imponito : ex humero ejus dextro lanam suspendito coloris crocei : amicito etiam ut erit tibi commodum. Deinde ambrosiam illi affundito; est autem ambrosia, aqua pura, oleum, et fructuum omne genus; hæc omnia misce ad ambrosiam* (!) Jacobsius conj. : Καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ τοῦ θεοῦ κ. ἐ. τ. μ. κρόκινον κάλυμμα ἐσθῆναι. » Villebrunius vertit : *on fera pendre de l'épaule droite et du front* (*de la statue*) *quelque étoffe ou bande couleur de safran, telle qu'on la trouvera*, etc.

Lacunas indicavi post κροκίου, quæ vox nihili est, et post ἐπιθηματοῦντα (ἐπίθημα ἔχοντα?), vocem item suspectam, quam pro adjectivo habet Schneiderus. Ceterum verba ἐκ τοῦ ὤμου κτλ. non retulerim ad simulacrum vasi imponendum, sed ad hominem consecraturum imaginem. Is, puto, ut purus sanctusque rem sacram perageret, lanæ fila (κρόκας, κροκύδας) habebat ab humero dextro et a fronte dependentia. Similiter mystæ lanæ fila in bracchio dextro pedeque dextro gerebant. Photius Lex. p. 180, f. v. Κροκοῦν : Οἱ μύσται, ὥς φασι, κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται· καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν· οἱ δὲ ὅτι ἐνίοτε κρόκῳ καθαίρονται. Scribi itaque possit καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τ. δ. κ. ἐ. τ. μ. σοῦ κρόκας καθεῖναι, καὶ ἐσθεῖναι κτλ. Fortasse etiam in verbis τοῦ κροκίου mentio latet τοῦ δίου κῳδίου vel Διὸς κῳδίου. Istud enim vellus purgatorium et lustrale in sacrificiis Διὸς Κτησίου adhibitum fuisse scimus ex Apostol. Pr. VII, 10. Usus harum pellium varius; et pedibus substernebantur, et capitis indumenta ex iis parabantur, et vestis in modum circumjiciebantur. V. Lobeck. Aglaoph. p. 185 sq.; Preller. ad Polem. p. 141. — Quæ sequuntur ἐσθεῖναι ὅτι ἂν εὕρῃς, si sana sunt, intelligo de rebus variis, quas quisque tamquam documenta donorum Διὸς Κτησίου sub manu habebat. Comparaverim τὸ κέρνος Cereris, de quo Polemo (p. 141 Pr.) ap. Athen. p. 478, C, egit in libro περὶ τοῦ Διὸς κῳδίου. Τοῦτο δ' ἐστὶν, ait, ἀγγεῖον κεραμεοῦν, ἔχον ἐν αὐτῷ πολλοὺς κοτυλίσκους κεκολλημένους· ἔνι δ' ἐν αὐτοῖς ὅρμινοι, μήκωνες λευκοὶ, πυροὶ, κριθαὶ, πισοὶ, λάθυροι, ὦχροι, φακοὶ, κύαμοι, ζειαὶ, βρόμος, παλάθιον, μέλι, ἔλαιον, οἶνος, γάλα, οἴον ἔριον ἄπλυτον.

14.

Plutarch. Nic. c. 23 de Atheniensibus in Sicilia subito lunæ defectu perterritis : Τῶν περὶ ἥλιον καὶ σελήνην ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐποιοῦντο φυλακὴν, ὡς Ἀντικλείδης διέγραψεν ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς.

15.

Harpocratio v. Ὀξυθύμια. Δίδυμος δὲ Ἀντικλείδου λέξιν παραγράψας ἐκ τῶν Ἐξηγητικῶν φησιν Ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεται καὶ ἀπολύματα· ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν.

---

latos esse in Ægyptum, ubi Pharum nave egressum serpens interemerit. Sepelisse eum Helenam et de nomine ejus Pharum insulam appellasse.

EXEGETICA.

13.

Cadiscus, vas est in quo collocant Joves Ctesios (rei familiaris præsides), ut ait Anticlides in Exegetico, ubi scribit : « Jovis Ctesii signa ita consecrare oportet. Cadiscum novum utrinque auritum.. cingere aures lana candida, et ex humero dextro et e fronte... imponere quidquid inveneris, et infundere ambrosiam. Est vero ambrosia, aqua pura, oleum, promiscui fructus. Hæc injice. »

14.

Quæ circa solem et lunam acciderant per tres dies Athenienses observarunt, ut Anticlides in Exegeticis scribit.

15.

Didymus Anticlidæ in Exegeticis verba apponens ὀξυθύμια vocari ait purgamenta et retrimenta, quæ domos purgantes in triviis deponant.

16.

Idem : Παλαμναῖος. Τοὺς αὐτοχειρίᾳ τινὰς ἀνελόντας, τῇ παλάμῃ, παλαμναίους ἐκάλουν, ὡς καὶ Ἀντικλείδης ἐν Ἐξηγητικῷ ὑποσημαίνει.

17.

Idem : Προχώνια... ἔοικε δὲ ἐκ πυρῶν τε καὶ κριθῶν γίνεσθαι, ὡς Ἀντικλείδης ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς ὑποσημαίνει.

Tribus hisce Harpocr. locis Bekkerus e suis codd. edidit Αὐτοκλείδης pro Ἀντικλ.

18.

Schol. Hom. Od. π, 471 : Ἑρμαῖος λόφος] Ἑρμῆς κατὰ Διὸς κέλευσιν ἀνελὼν Ἄργον τὸν τῆς Ἰοῦς φύλακα, ἤχθη ὑπὸ δίκην, Ἥρας αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἀγαγόντων θεῶν εἰς κρίσιν, ὅτι πρῶτος ἐπιβεβλήκει δαιμόνων θνητῶν μιάσματι καὶ τὸν Ἄργον ἀνῃρήκει. Κρίνοντας δὲ τοὺς θεοὺς εὐλαβεῖσθαι μὲν τὸν Δία (διὰ) τὸ ὑπόδικον γεγενῆσθαι τὸν Ἑρμῆν ταῖς αὐτοῦ παραγγελίαις, ἅμα δὲ ἀφωσιωμένους τὸ ἄγος καὶ τῆς ἀνδροφονίας ἀπολύοντας, αἷς εἶχον ὀργαῖς προσβαλεῖν αὐτῷ τὰς ψήφους, καὶ οὕτω ἐπισωρευθῆναι πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ Ἑρμοῦ ψήφων πλῆθος. Ὅθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄχρι τοῦ νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς, διὰ τὸ τὸν θεὸν εἶναι τοῦτον καθηγεμόνα καὶ ἐπίτροπον τῶν ἐκδημούντων (sic Barn. et Buttm. ; vgo καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων), σωροὺς ποιεῖν λίθων καὶ διάγοντας προσβάλλειν λίθους, καὶ τούτους καλεῖν Ἑρμαίους λόφους· ἔστι δὲ λόφος πᾶν τὸ εἰς ὕψος μετέωρον. Ἡ ἱστορία παρ' Ἀντικλείδῃ.

Cf. Xanthi fr. 9. Hæc ex Exegetico deprompta haud dubium. Idem valet de fragm. sequente.

19.

Schol. Hom. Il. η', 44 : Μυθεύεται τῶν ἐξ Ἑκάβης γεγονότων Πριάμῳ παίδων Ἕλενον καὶ Κασσάνδραν διδύμους γεγενῆσθαι. Τῶν δὲ γενεθλίων αὐτοῖς συντελουμένων ἐν τῷ τοῦ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ λέγεται τὸν Ἕλενον καὶ τὴν Κασσάνδραν ἐν τῷ ναῷ παίζοντας κατακοιμηθῆναι, ὑπὸ δὲ μέθης ἐκείνων ἐκλαθομένων περὶ τῶν παίδων οἴκαδε χωρισθῆναι· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐλθόντας εἰς τὸ ἱερὸν θεάσασθαι τοὺς παῖδας ταῖς τῶν ὄφεων γλώτταις τοὺς πόρους τῶν αἰσθητηρίων καθαιρομένους. Ὡς οὖν διὰ τὸ παράδοξον αἱ γυναῖκες ἀνέκραγον, συνέβη ἀπαλλαγῆναι τοὺς ὄφεις καὶ καταδῦναι ἐν ταῖς παρακειμέναις δάφναις, τοὺς δὲ παῖδας ἀμφοτέρους τῆς μαντικῆς οὕτω μεταλαβεῖν. Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀντικλείδῃ.

20.

Hesychius : Ἀλευροδοῦντες, πέμματος γένος παρ' Ἀντικλείδῃ. « Ubi fortasse ἀλευροῦντες legendum, ut σησαμοῦντες. Glossa ipsa ex Anticlidis Exegetico vel alio rei sacrificalis commentario sumpta videtur, ut pleraque liborum et placentarum vocabula a grammaticis relata. » LOBECK. Aglaoph. p. 1060.

FRAGMENTA SEDIS INCERTIORIS.

21.

Strabo V, p. 211 : Ἀντικλείδης δὲ πρώτους φησὶν αὐτοὺς (τοὺς Πελασγούς) τὰ περὶ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον κτίσαι· καὶ δὴ τούτων τινὰς καὶ μετὰ Τυρρηνοῦ τοῦ Ἄτυος εἰς Ἰταλίαν συνᾶραι.

16.

Qui sua παλάμῃ sive manu aliquem interfecit, παλαμναῖος dicebatur, ut Anticlides in Exegetico subindicat.

17.

Προχώνια (sc. ἄλφιτα), farina ex tritico et hordeo, ut videtur, parata. Id enim Anticlides in Exegeticis significat.

18.

Mercurium quum Jovis jussu Argum occidisset Ius custodem, in judicium vocatum aiunt a Junone reliquisque diis propterea, quod Argum interficiens primus se dæmonis mortalis cæde polluisset. Verum judicantes deos Jovem esse reveritos, quippe cujus jussa perficiens Mercurius reus factus sit. Simul igitur detestantes piaculum et tamen cædis crimine deum absolventes, qua fuerint ira calculos in eum conjecisse, atque sic ad pedes Mercurii multitudinem calculorum esse acervatam. Unde mortales etiamnunc in honorem Mercurii ad vias (nam dux et patronus viatorum Mercurius est) cumulos facere lapidum, et trajicientes adjicere lapides. Eosque vocari ἑρμαίους λόφους, cumulos Mercurii; nam λόφος omne est quod in altum se attollit. Historia legitur apud Anticlidem.

19.

Inter liberos, quos Priamo Hecuba peperit, geminos fuisse narrant Helenum et Cassandram. Quorum quum natalitia celebrarentur in templo Apollinis Thymbræi, Helenum dicunt et Cassandram inter ludum obdormiisse, illos vero propter ebrietatem rem non animadvertentes absque liberis domum rediisse. Postero autem die in templum reversos conspexisse serpentes, qui linguis suis meatus sensuum liberis expurgaverint. Quo miraculo exterritæ mulieres quum clamorem ediderint, serpentes aufugientes in lauros adjacentes se abscondidisse, liberos vero inde vaticinandi facultate præditos esse. Historiam narrat Anticlides.

20.

Ἀλευροδοῦντες, placentæ genus, cujus meminit Anticlides.

FRAGMENTA SEDIS INCERTIORIS.

21.

Anticlides ait primos Pelasgos Lemno et Imbro vicina colonis frequentasse, quosdamque eorum cum Tyrrheno Atyis filio in Italiam navigasse.

Cf. not. ad fr. 7. Müller *Min.* p. 438. Hæc probabiliter e Nostis petita.

22.

Plutarch. De Is. et Os. c. 37 : Ἐῶ καὶ Ἀντικλείδην, λέγοντα τὴν Ἶσιν Προμηθέως οὖσαν θυγατέρα Διονύσῳ συνοικεῖν. Hæc ad Exegetica retulerim.

23.

Harpocratio : Καλαυρία... νῆσός ἐστι πλησίον Τροιζῆνος... Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Εἰρήνη ἡ Καλαυρία, καθά φησιν Ἀντικλείδης.

24.

Plinius H. N. IV, 21 : *Rhene, quam Anticlides Celadussam vocat, item Artemin Hellanicus.* Hæc probabiliter vindicanda Deliacis. Laudatur Anticlides etiam in Indice auct. ad Plin. H. N. lib. XII et XIII.

NICANOR. ARISTUS. SALAMINIUS ET ASCLEPIADES.

NICANOR.

ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Schol. Platon. p. 315 Bekk. : Σίβυλλαι μὲν γεγόνασι δέκα, ὧν πρώτη ὄνομα Σαμβήθη· Χαλδαίαν δέ φασιν οἱ παλαιοὶ λόγοι, οἱ δὲ μᾶλλον Ἑβραίαν... Καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα προειπεῖν (αὐτήν φασιν)· ἧς καὶ μνήμην Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἀναγράψας πεποίηκε.

Eadem fere Suidas v. Σίβυλλα et Cramer. in Anecdot. Parisin. I, p. 332, 23 : Πρώτη (Σίβυλλα) ἡ καὶ Χαλδαία, ἡ καὶ Περσίς, ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη... ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας.

Lactantius De fals. rel. I, 6 : *Primam* (Varro Sibyllam ait) *fuisse de Persis, cujus mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit.*

Cum codice A. componenda sunt *latina*, quæ *Julio Valerio* tribuuntur. Quod si Majus nusquam diserte indicavit Valerii opus nihil nisi versionem esse Pseudo-Callisthenis, id inde explicarim, quod græca Vaticani ætatis sunt infimæ. Scilicet Valerius, si nonnulla exceperis, et historiæ tenore et singulis ut plurimum sententiis eandem reddit narrationem quæ subest codici A. Idem quum integrior ad nos pervenerit, et forma orationis nexuque sententiarum græcis nostris superior sit, sæpenumero ad explenda quæ in cod. A. manca vel male contracta sunt, adhiberi debet. Contra ab altera parte ex codice A. supplendus est Valerius. Sat multa enim codex A. suppeditat, quæ apud Valerium desiderantur, neque ejusmodi sunt ut seriora additamenta existimari possint. Sic, ut unum

---

opera quinque. Quartum est: *Vita Alexandri M.* quæ Callistheni tribuitur; quintum: *Alexandri ad Aristotelem epistola de situ Indiæ.*

11) N° 4880, sæc. XIV in fol., pergamenteus. Præter Orosium continet: *Julii Valerii res gestæ Alexandri Macedonis translatæ ab Æsopo græco.* (Ita enim titulus exhibetur ad finem libri primi et secundi). Deinde sequitur *Alexandri epistola de itinere suo.* Initium historiæ Alexandri deest, similiter atque in codice Ambrosiano, ex quo Majus Valerium edidit. Minor tamen in nostro libro lacuna est. Verum audiamus clarissimum Letronnium, qui de hoc codice optime meruit. Is enim (in *Journal des Sav.* 1818, p. 609) ita dicit: « Il est également acéphale; mais le nombre des pages qui manquent, est moindre que dans le manuscrit Ambrosien. A la marge sont des chiffres qui se rapportent aux pages d'un autre manuscrit. C'est ce dont il n'est pas possible de douter, d'après l'égalité des intervalles qui séparent chacun de ces chiffres. Le premier chiffre indique le nombre huit, ce qui prouve, qu'il manque sept pages et demie. Le commencement de l'édition de M. Mai tombe entre les pages 9 et 10 : ainsi notre manuscrit contient deux pages de plus. Par un hasard singulier, en cherchant dans les livres manuscrits qui traitent d'Alexandre, nous avons trouvé un fragment dans le manuscrit 5873, et que le catalogue indique en ces termes : *Fragmentum vitæ Alexandri quæ Callistheni tribuitur.* Ce fragment ne consiste qu'en un seul feuillet. En le comparant avec le manuscrit 4880, il nous a été facile de voir que c'est la même écriture, la même distribution; que la marge porte également des chiffres, et que ces chiffres correspondent juste à ceux du manuscrit; car le premier est, comme je l'ai dit, le chiffre 8, et le dernier, dans le feuillet dont je parle, est le chiffre 7. En outre notre manuscrit commence par le mot *erat*, le fragment finit par *nam et nox* (v. p.15 ed. nostr.), ce qui forme la phrase entière : *nam et nox erat.* Il demeure donc évident que ce fragment est un feuillet du manuscrit 4880, détaché d'abord par hasard, et relié dans un volume différent. Au moyen de ce feuillet, il n'y a plus au commencement qu'une lacune de quatre pages, au lieu de seize, qui manquent dans l'édition de M. Mai. » Ceterum cod. 4880 Ambrosiano inferior. Plura in arctius contrahit, alia, longiores maxime descriptiones, prorsus omittit. Porro interponit aliena, uti lib. III, cap. 27, ubi capita aliquot Josephi, atque ea omnia quæ apud Orosium de Alexandro leguntur, in mediam Valerii narrationem intrusit. Minora quædam additamenta suis locis notavi. Verba eadem atque in Cod. Ambros., paucis exceptis; corruptelarum numerus major, quamquam multis locis Ambrosianum ex nostro corrigere licuit. Lacunas Valerii, quas nos e codd. 5818 et 4880 supplevimus, Majus in altera sua Valerii editione supplevit e cod. Vaticano; is vero nonnisi epitome Valerii est. Quare postea Majus (in Spicilegio Romano tom. VIII) nova supplementa dedit ex uberiore narratione codicis Turinensis. His uti non potui.

proferam, pro triginta versibus, quos Valerius (I, 46) ex Ismeniæ carmine affert, codex A. exhibet fere centum et quinquaginta. Quamquam etiam hi nonnisi centones sunt longioris carminis, quod in communi utriusque fonte legebatur. Similiter habent quæ de Alexandriæ originibus narrantur; alterum ex altero supplere licet, verum etiam in unum conjunctos ab fontis sui ubertate longe abesse patet.

Codici A. et Valerio simillimam esse suspicor versionem Armenicam, quam viri harum rerum periti sæculo quinto p. C. scriptam esse statuunt (1).

Codices B. et C. uti ætate non ita longe separati, sic oratione simillimi. Ubi res easdem eodem modo narrant, iisdem etiam verbis uti solent. Cetera indole valde differunt. Nimirum codex B narrationem habet quam cod. A breviorem. Alia omittit, alia contrahit, quædam mutavit et transposuit; nova præbet perpauca. — Contra codex C. voluminis mole reliquos longe superat. Fundus narrationis ea est recensio quam sequitur cod. B. Nam quæ cod. B habet, eadem eodem ordine iisdemque verbis in C leguntur pæne omnia. At intercalata iis sunt alia multa, quæ ex diversis plane fontibus auctor corrasit. Pleraque ætatem redolent infimam, multa ineptissima; ac tanta est scriptoris negligentia, ut non modo pugnantia inter se proferat, sed eadem etiam bis vel ter repetat.

Hactenus in universum de codicibus nostris dictum esto. Jam seriem narrationis per capita ita adumbrabo, ut ea quæ non in omnibus nostris libris græcis et in Valerio leguntur, uncis includam, præfixa nota codicis vel codicum, quibus debentur.

II. ARGUMENTUM HISTORIÆ.

[*AV*. LIBER PRIMUS.]

[*V*. *Ortus Alexandri.*]

I. [*BC* : Prooemium. Alexander, virtute et fortuna clarissimus, non Philippi sed Nectanebi filius.] [*AV* : Ægyptii sapientia et solertia omnes homines superant. *Hæc A. fusius persequitur.*] Inter eos Nectanebus rex artis magicæ scientia insignis, qua hostium conatus irritos reddere solitus erat.

II. Denuo hostes imminere ei nuntiat famulus de futuris anxius, quem ridet rex arte sua fisus.

III. At ea ipsa docetur jam adversari deos Ægyptiis. Itaque mutata veste ac facie clam aufugit in Macedonium, ubi astrologum Pellæ confitetur. [*ABC* : Quærentibus regem Ægyptiis Serapis respondet eum fugisse, at rediturum pro sene juvenem. Id oraculum statuæ Nectanebi insculpitur.

IV. Olympias ob sterilitatem divortium timens, absente marito astrologum consulit. Is amore mulieris captus, adhibita constellatione prædicit ei filium ex Ammone deo suscipiendum.

---

(1) Quæ de eo comperta habeo, Geiero debeo, qui de Callisthene historico loquens (Script. Alex. p. 230) in nota affert hæc :

« Nos autem hoc quidem loco ea certe silentio præterire noluimus, quæ quum per *Ferdinandum Rankium* litteris certiores facti essemus, Venetiis nuper editam esse Vitam Alexandri Magni Armenice scriptam, quam ipse vidisset apud *G. Petermannum*, virum doctissimum harumque litterarum peritissimum, ad litteras nostras, quibus rogabamus Petermannum, ut si quid esset, quod in libro isto Armenico ad propositum nostrum spectare videretur, id nobiscum vellet communicare, respondit vir humanissimus. Scribit enim : « Die Armenische Biographie ist, wie Sie ganz richtig vermuthet hatten, der *Pseudo-Callisthenes*, derselbe aber in der ältesten Gestalt, oder wenigstens in derjenigen, welche der ælteslen zunæchst steht, ohne die vielen spætern meist widersinnigen Zusætze, ob er gleich auch wie alle andern Recensionen desselben des Wunderbaren Vieles enthælt. Uebrigens ist diese Biographie, wie die armenischen Herausgeber ausdrücklich in der Vorrede bemerken — und wir müssen sie, die gelehrten Mechitaristen (sie erschien Venedig 1842, 8.), als die competentesten Richter in dieser Beziehung anerkennen — schon im 5ten Jahrhundert unserer Zeitrechnung übersetzt worden; auch hegen sie die Vermuthung, dass *Moses Chorenensis*, der berühmteste Armenische Geschichtsschreiber, der Uebersetzer derselben sei, so wie sie meinen, dass ebenderselbe auch die Chronik des Eusebius in das Armenische übertragen haben mœge. — Auf der 73ten Seite (das Ganze hat 198 Seiten) steht als Unterschrift : « Hier ist vollendet die Geburt und die Thaten Alexanders des Macedoniers von dem weisen *Aristoteles*; wir beginnen nun (zu sprechen) auch von seinem Zuge nach Platææ, einer Stadt der Athener. » [Ex his igitur patet librorum divisionem eandem esse quæ est in cod. A. et in Valerio.] Pag. 186 schliesst die eigentliche Biographie, es folgen dann aber noch Lobreden (sic!) auf den Tod Alexanders von *Chatschatur* aus *Ketscharru* (?) enthaltend Klagen des Alexander selbst, dann der Olympias, der Roxane, seiner Feldherrn und Soldaten, und endlich ermahnende Worte Alexanders an seine Freunde. Man kœnnte aber auch dies wohl besser deuten als « Reden in Beziehung auf den Tod Alexanders. »

V. — VII. Nectanebus arte magica aliisque machinis efficit, ut primum per somnium regina se Ammonis in complexibus videat, deinde etiam vigilans fruatur deo, quem ab astrologo non diversum esse haud perspexit.

VIII. Ne miretur Philippus uxorem gravidam reperiens, Nectanebus immisso somnio regem de divinitate seminis, quod utero uxor gestet, edocet.

IX. Itaque redux Philippus uxorem erubescentem consolatur, ad deum quæ erant referens.

X. Mox tamen suspectat mulierem; suspicionem novo machinamento Nectanebus diluit.

XI. Ostento Philippus de futuri filii gloria et morte præmatura admonetur.

XII. [*ABC*: Partum edituram Olympiadem inhibet astra consulens Nectanebus, nec eniti fœtum sinit ante horam qua cosmocratorem natum iri sidera nuntiant. *Hæc paucis BC, multis prosequitur cod. A, poema apotelesmaticum exscribens.*] Prolabente puero tremit terra, coruscant fulgura.

XIII. Cur Alexandri nomen puer acceperit. Ejus forma, educatio, magistri. [*V.* Locus Phavorini de majoribus Alexandri.] Philippo affertur Bucephalus carnivorus.

XIV. Nectanebus ab Alexandro in præcipitium detruditur. Moriens se patrem Alexandri confitetur; splendido funere honoratur.

XV. Philippus oraculum Delphicum de successore interrogat. Bucephali domitorem Pythia respondet.

XVI. Alexander puer ingenium prodit responso sapientiæ præcocis.

XVII. Bucephalum per Pellam urbem agit. Gaudet Philippus oraculi memor.

XVIII. Alexander ludos Olympicos adit. Ejus cum Nicolao, Acarnaniæ regulo, jurgium.

XIX. Ludorum descriptio (*Cod. C. uberius hæc describit ex fonte juniore. Quæ ibidem de Laomedonte narrantur, ignorant ABV.*). Perit Nicolaus ab Alexandro devictus. Eam victoriam aliarum multarum fore præludium e nomine victi auguratur sacerdos.

XX. XXI. [*C.* Alexander secum in Macedoniam ducit Laomedontem. Carmen, quod Macedones in honorem Alex. composuerunt.] Domum redux Philippum, repudiata Olympiade, cum Cleopatra nuptias agentem offendit. Alexandri indignatio, cum patre gravis altercatio, in convivas et Lysiam scurram furor.

XXII. In gratiam redit cum patre, cui Olympiadem reconciliat.

XXIII. Contra Methonæos rebellantes mittitur. [*ABV.* Inde reversus, Darii legatos a Philippo tributum annuum exigentes re infecta redire jubet (*Hæc cod. C alio loco et alio modo narrat. Vid. c.* 26). Deinde mittitur contra Thraciæ urbes seditiosas.] [*C :* Contra Scythas, qui Macedoniæ imminebant, proficiscitur; strategemate eos vincit; victos clementer habet.]

XXIV. [*ABV:* Pausanias (Ἀνάξαρχος ὁ καὶ Παυσανίας *cod. C, hoc modo diversas narrationes miscens*) Thessalonicensis Olympiadis amore captus, absente Alexandro, Philippum in theatro confodit. Jamque Olympiadem vi abducturus est, quum redux Alexander spiranti adhuc patri Pausaniam offert trucidandum. Mors Philippi; luctus Alexandri. *Fusius hæc exponit cod. A. Diversam plane de morte Philippi narrationem habet cod. C. Vid. p.* 25.]

XXV. Alexandri concio de bello contra Persas suscipiendo.

XXVI. [*C :* Darii legati re infecta dimittuntur *Cf. cap.* 23]. Copiæ Alexandri recensentur.

[*ABV :* Alexander contra Thraciæ populos, Illyrios, Pæones, Triballos expeditionem suscipit.] [*Pro his C :* Contra Thessalonicenses proficiscitur, quorum tyrannus Polycrates, Anaxarchi (Ἀναξάρχου τοῦ καὶ Παυσανίου *cap.* 24) filius, submittens se Alexandro tradit Charimedem filium.]

XXVII. [*B :* Græcia rebellat; Athenienses excitat Demosthenes; Thebani præsidium urbe ejiciunt; quare Thebæ diruuntur. Flagrante urbe Ismeniam tibiis cecinisse jussu Alexandri ferunt. Tum metuentes sibi reliqui Græci Alexandrum imperatorem creant.]

[*Pro his C :* Rebellante Græcia Alex. primum contra Athenienses proficiscitur; urbem obsidet, capitque; deinde Thebas diruit. Hinc in Italiam transgressus Romanorum obsequia admittit. Auxiliares copias adducit Laomedon, quem Alexander regem subactorum in his regionibus populorum constituit. Dein meridiem versus pergit usque ad oceanum. Monstra quæ ibi viderit (*eadem plane postea in India collocat*). Ad lævam se convertens septentrionem versus in Macedoniam redit.]

XXVIII. XXIX. [*BC :* Alex. e Macedonia in Asiam transgressus ad Granicum vincit; Ioniam, Cariam, Lydiam, subjicit; mare Pamphylium recedit prætereunti. Aspendum venit : hinc solvit in Siciliam; inde in Italiam transit.] Romanorum obsequia et honores in Alexandrum ab iis collati.

XXX. In Africam transgressus a Carthagi-

niensibus tributa accipit. Ammonis templum adiens oraculum petit de loco condendæ urbis ἀειμνήστου. Dei responsum.

XXXI. XXXII. Parætonium condit. In Ægyptum venit. Alexandriæ origines (*locus de Alexandria in BC paucis, fusius in V, uberrime in A tractatur.*)

XXXIII. Serapeum Alexander quærens quomodo invenerit. Datum a deo oraculum.

XXXIV. Memphim venit, ubi more regum Ægyptiorum ἐνθρονιάζεται. Conspicit Nectanebi statuam et inscriptum ei oraculum reditum Nectanebi pro sene juvenis prænuntians. Patrem suum fassus ratum facit vaticinium. Oratio Alexandri ad Memphitas.

XXXV. In Syriam profectus a Tyriis arcetur; Gazam capit; denuo Tyrum aggreditur, de successu conaminis somnio prædoctus; urbem captam exscindit. Tripolim constituit.

XXXVI. [*C :* Duces Alexandri Seleucus et Antiochus Nicatoriam et Antiochiam condunt.] Legati Darii literas afferunt, quibus Alexander puerulus ad matrem redire jubetur.

XXXVII. Concione Alexander animos militum firmat. Legatis ostendit quomodo Græcus rex a Barbarorum tyranno differat. Darium proditurо aures non præbet.

XXXVIII. Responsum ad Darii literas.

XXXIX. Darii literæ ad Satrapas, quibus corripi Alexandrum jubet et verberibus affectum ad matrem remitti. Spinther et Hydaspes satrapæ data ad regem epistola auxilia petunt. Responsum Darii ignaviam eorum castigantis.

XL. Usque progredienti Alexandro denuo literas scribit Darius veniam delictorum promittens, si jussis Alex. obtemperet.

XLI. Quæ omnia quum frustra fuissent, exercitum contra Alexandrum ducit. [*BC :* Alexander in Cydno natans morbum contrahit; a Philippo sanitati restituitur.] Prœlium Issicum. Fugit Darius, cujus curru, armis, familia Alexander potitur.

XLII. Dario novam expeditionem parante, Alexander supplementa copiarum e Macedonia adduci sibi jubet. In Pieriam venit, ubi sudans Orphei statua novas laborum ærumnas portendit. In Phrygia ad Scamandrum fl. alterum Achillem agit. [*V :* Præcipue colit Achillem, cui cognatus erat; apponitur stemma ex Alexandriade nescio qua.]

XLIII. Amphipolim venit, deinde Abderam, quam urbem non ingreditur Abderitis obsecutus.

XLIV. Chalcidensium regionem vastat. Omnes urbes usque ad Pontum Euxinum sibi subjicit Ad Mæotim paludem Neptuno sacra facit. Fame exercitum premente, equos mactare jubet. Quare indignatos milites concione placat.

XLV. [*AV :* Ad Locros venit; Tegyreum oraculum edit.]

XLVI. [*AV :* Thebani resistunt; urbs eorum obsessa et diruta. Excidium describitur (*e fonte poetico*). Ismenias cantilena Alexandrum flectere studet frustra.]

XLVII. [*AV :* Datum Thebanis de urbis restitutione oraculum. Alexander Corinthum proficiscitur, ubi ludis Isthmiis præsidens, Clitomacho Thebano pancratiastæ hanc habuit gratiam, ut Thebas restaurari juberet.]

[*AV.* LIBER SECUNDUS.]

[*V. Actus Alexandri.*]

I. [*AV :* Alexander Platæas venit, ubi a Proserpinæ sacerdote fausto responso excipitur. Stasagoram Platæensium præfectum a munere removet. Ægre id ferunt Athenienses. Alexandri ad Athenienses literæ.]

II. [*AV :* Atheniensium responsum. Rescriptum Alexandri rhetores expostulantis. Atheniensium deliberatio. Cedendum Alexandro suadet Æschines. Contra disputat Demades.]

III. IV. [*AV :* Demadem refellit Demosthenes, cujus sententiam populus ratam habet.]

V. [*AV :* Athenienses legatos mittunt ad Alexandrum. Hujus ad Athenienses epistola.]

VI. [*AV :* Alexander proficiscitur contra Lacedæmonios, qui primum resistere conati mox se dedunt.] Hinc denuo in Asiam transit.

VII. Darii deliberatio. Copiæ.

VIII. Alexander post natationem in Cydno in morbum incidit. A Philippo sanatur (*Cf.* I, 41).

IX. Euphratem transgressus, pontem rescindit. Id haud æque ferentes milites oratione erigit. Insidiis Persæ Macedonica veste induti in vitæ venit discrimen. Persam comprehensum cum laude dimittit.

X. Satrapam, qui Darium proditurus erat, indignatus recedere jubet. Spintheris et Hydaspæ ad Darium literæ. Darii ad Alexandrum, et Alexandri ad Darium literæ.

XI. Darii epistola ad satrapas, et horum responsum.

XII. Darii ad Porum literæ.

XIII. Alexandri strategema. Ammon ei per quietem apparet.

XIV. Dei suasu ipse Mercurii vestitu indu-

rus tamquam nuntius Alexandri ad Darium proficiscitur.

XV. Convivio a Dario adhibitus agnoscitur; fuga feliciter ad suos evadit.

XVI. Prœlium ad Strangam fluvium. Clades Persarum. Darii fuga et lamentatio.

XVII. Darii literæ, quibus regni partem et opes Alexandro offert. Oblata non accipienda esse Alexander censet, contra sententiam Hephæstionis. Arcem Persepolitanam incendit.

XVIII. Nabonassari et Cyri sepulcra visit. Græcos captivos a Persis misere mutilatos generoso animo sublevat.

XIX. Darius novam expeditionem parans a Poro auxilia petit.

XX. Bessus et Artabarzanes Darium necant. Spiranti adhuc supervenit Alexander. Darii morientis verba et mandata.

XXI. Alexander, funerato Dario, res Persarum constituit (*de his uberioris narrationis centones præbet cod. A.*), Darii interfectores punit.

XXII. Alexander Aduliten Persis satrapam dat. Literæ Alex. ad Rodogunen, Statiram et Roxanen; harum responsum. Alteræ literæ Alexandri ad easdem et ad Olympiadem. Nuptias Roxanes celebrat. [*AV:* Deinde in Porum exercitum ducit. *Finis libri secundi.*]

XXIII. [*BC :* Epistola Alexandri ad Olympiadem et Aristotelem, quibus narrat quæ gesserit inde a pugna Issiaca usque ad mortem Darii et suas nuptias. *Hucusque epistola pertinet in cod. C; in cod. B ultra progreditur, in eaque recensentur mirabilia, quæ in ultimis orientis regionibus rex viderit. Hæc eadem iisdem plerumque verbis, epistola in narrationem historici dissoluta, exponit cod. C inde a cap. XXXII.*]

XXIV. [*C :* Alexander in Judæam proficiscitur. Judæos eorumque religionem summopere honorat.

XXV. [*C :* In Ægyptum pergit. E balneo morbum contrahit. Philippi medici historia repetitur.]

XXVI. [*C :* Ægyptii primum resistentes Alexandro mox se dedunt, suadente numine.]

XXVII. [*C :* Nectanebi statua capiti Alexandri coronam imponit, in manus dat globum mundi imaginem.]

XXVIII. [*C :* Alexander urbem eximiam (*Alexandriam*) condit; priscorum deorum cultum antiquat, verum deum unicum, mundi creatorem, venerans.]

XXIX. [*C:* Ad longinquiores populos pergit. Offendit mulieres horrendas, quæ canum ope fugantur. Inde per desertum euntes infestantur formicis miræ magnitudinis. Deinde ad flumen veniunt.]

XXX. [*C :* Flumen istud, modo aquam modo arenam volvens, quomodo ponte Alexander junxerit.]

XXXI. [*C:* Deinde reperit homines staturæ minimæ, et prope lacum Sesonchosis statuam, cui inscriptum erat ultra non posse procedi. Inscriptionem veste tegit, ne legant milites.]

XXXII. [*C :* Boream versus tendit. In silva obviam fiunt homines ingentes.]

XXXIII. [*C :* In planitie reperit homines nigros miræ indolis, quibuscum manum conserunt. Alexandri ad exercitum ultra progredi nolentem cohortatio.]

XXXIV. [*C*: Ad Herculis et Semiramidis stelas veniunt. Homines sex manibus pedibusque instructi igne fugantur. Cynocephalorum terra. Cancri ingentes.]

XXXV. [*C :* Insula Brachmanum sive Oxydracum gymnosophistarum. In eam primus transit Philon, deinde ipse Alexander. *Sequuntur de Brachmanibus eadem omnia quæ in codice A leguntur lib. III*, 5 *sqq.*]

XXXVI. [*C :* Ex insula ad suos reversus iter continuat. Arbores una cum sole orientes et evanescentes. Lapides miræ virtutis; serpentes; pisces non igne, sed aqua frigida coquendi; aves miræ.]

XXXVII. [*C* : Regio tenebrosa; animalia ἑξάποδα, τριόφθαλμα. Regio arenosa; animalia sexocula; Cynocephali ichthyophages; phocæ. Redeundum esse dictitant amici. Alexander usque ad fines terræ penetrandum censet.]

XXXVIII. [*C :* Inde deserta, nullo sole collustrata. Ad maritima cancrum capiunt ingentem, in quo dissecto margaritæ reperiuntur pulcerrimæ. Horum desiderio captus Alexander in maris profunda descendit vano conatu.]

XXXIX. [*C* : Præcipitium structo ponte superat. Senis consilio usus in regionem tenebrosam penetrat. Regionis miracula.]

XL. [*C*: Avium voce monetur, ut jam redeat, quum beatorum terram mortali adire non liceat. Ad lucem revertitur.]

XLI. [*C* : Nova miracula. Historia Andreæ coqui et Cales Alexandri filiæ. Quomodo Alexander per aerem vectus sit.]

XLII. [*C* : Ad lacum venit, cujus aqua melle dulcior. In piscis stomacho lapidem reperit lucentem, quo lampadis loco utitur. Mulieres, quæ noctu e lacu emergunt suavissime canentes. Pugna cum Hippocentauris.]

XLIII. [*C* : Epistola ad Olympiadem et Ari-

stotelem, in qua narrata inde a cap. 24 paucis recensentur.]

XLIV. [*C*: In Indiam tendens venit ad Solis arbores fatidicas, quæ mortem regi prænuntiant. Offendit homines unipedes, pernicissimos.]

[*AV.* LIBER TERTIUS.]

[*V. Obitus Alexandri.*]

I. Alexander contra Porum proficiscitur per loca deserta et infesta. Militum animos oratione erigit.

II. Pori literæ ad Alexandrum..Alexandri ad milites concio et ad Porum epistola.

III. Pori exercitus propter elephantum copiam metum Macedonibus injicit. [*BC*: Alexander, mutato vestitu, Pori urbem ingreditur hostis copias exploraturus.] Elephantum impetum strategemate eludit. In pugna cadit Bucephalus. Præ mœrore Alexander bellum negligit. Persarum haud pauci in Pori castra transeunt.

IV. Quapropter Alexander bellum decernendum censet certamine singulari; quo commisso Porum occidit. [*A*: Musicani (*sic leg. pro* Παυσανίου) aliorumque regiones sibi subjicit. Aornum petram expugnat; aliam Indiæ urbem oppugnans e summo vitæ discrimine a Peuceste et Ptolemæo eripitur. *Postrema hæc narrat etiam Valerii cod. Reg.* 4880 *initio cap. XVII.*] — [*ABV*: Deinde ad Brachmanes gymnosophistas visendos proficiscitur.]

V. [*ABV*: Brachmanum ad Alexandrum literæ. Terra eorum et vivendi ratio describuntur.]

VI. [*ABV*: Brachmanum sapientiæ specimina.]

VII.—XVI. [*A*: Interponitur Palladii libellus de situ gentibusque Indiæ et Brachmanibus.] *Codex C ea quæ leguntur in ABC cap. V et VI, cum iis quæ cod. A e Palladio apponit inde a cap. XII, commiscuit et in alium locum transposuit. Vide II*, 35.

XVII. [*AV*: Epistola Alexandri ad Aristotelem de Indiæ miraculis (*Hanc epistolam codd. BC in narrationem historicam dissolverunt, omissis tamen compluribus*): A Brachmanibus veni in Prasiacam urbem. Deinde ad homines molles, Sabæos, ad insulam magicam. Philonis interitus. Hebdomadarium. Redii in Prasiacam. Vidi solis et lunæ eclipsin. Darii regnum perambulavi initio facto a Portis Caspiis. Urbs in fluvio sita. Calami ingentes. Aqua amara. Lacus aquæ dulcissimæ. Sesonchosis titulus. Bestiæ castra infestantes. Redii in Prasiacam. Solis et Lunæ arbores fatidicæ. Oraculum ab iis editum. Jam e Prasiaca pergo ad Semiramidis regiam.]

XVIII. Alexander ad Semiramidis regiam venit. Epistolæ Alexandri ad Candacem, et Candacæ ad Alexandrum.

XIX. Candace Alexandri imaginem clam rege sibi procurat. Candaules, Candaces filius, cui Bebrycum rex uxorem rapuerat, ad castra Alexandri defertur. Ptolemæus regem agens Alexandro tamquam Antigono duci jubet, ut illatam Candaulæ injuriam vindicet.

XX. Alexander-Antigonus Euagridem Bebrycum tyrannum bello petens uxorem Candaulæ restituit.

XXI. Alexander-Antigonus cum Candaule ad Candacem proficiscitur. Loca ἔνθεα.

XXII. Candaces regia describitur. Alexander a regina agnoscitur, nec tamen proditur.

XXIII. Alexander magnum periculum prudentia sua effugit. Muneribus cumulatus ad exercitum redit.

XXIV. In reditu Alexander deorum præsentia et convivio fruitur. Ejus cum Sesonchosi colloquium. Serapidis oraculum. (*Hæc cod. C narravit cap.* 21).

XXV. Alexander ad Amazones pergit. Literæ ad Amazones, harumque responsum.

XXVI. Alteræ literæ ad Amazones; Amazonum rescriptum et obsequium. [*C*: Alexander Eurymithræ Belsyrorum regi bellum infert. Viginti duos populos impuros intra Caspias Portas includit.]

XXVII.—XXIX. [*V*: Iter in Prasiacam molestum. Epistola Aristotelis ad Alexandrum.] — [*VAB*: Epistola Alexandri ad Olympiadem. *Cod. C epistolam dissolvit in narrationem historici; deinde capita hujus narrationis in epistola breviore recenset.* Nostra hæc epistola in aliis codicibus aliter adornata hunc in modum:]

[*B*: Iter ad Hypanim fluv. molestum. *Hæc rectius Valerius præmittit epistolæ.*] — [*ABV*: Herculis stelæ. Mare rubrum. Atlas fluvius. Acephali aliaque monstra. Solis urbs. Tanais fluvius. Cyri et Xerxis regiæ et quæ iis insint miranda.] — [*B*: populi impuri ab Alexandro seclusi.]

XXX. Alexandro Babyloniam ingresso fœtus affertur prodigiosus. Unde imminentem regi mortem vates nuntiant.

XXXI. Antipatri de Alexandro tollendo consilia. In convivio rex haurit poculum venenatum.

XXXII. [*A*: Alexander quin in Euphratem se præcipitet a Roxane impeditur. Testamen-

tum scribit. Quid interea Perdiccas et Ptolemæus inter se pacti sint.] [*BC*: Macedonum exercitus prætor lectum regis morientis præteriens.] [*A*: Alexander testamentum apud Rhodios deponendum Orciæ tradit. Testamenti apographum.]

XXXIII. [*C*: Accurrit Bucephalus, lectumque regis lacrimis irrigat.] [*CB*: De provinciarum distributione regis verba paucissima.] [*C*: Bucephalus puerum, qui venenum Alexandro dederat conspicit, comprehensum dilaniat, dein ipse ad pedes regis exspirat.] [*CBV*: Morienti regi signa cœlitus edita.]

XXXIV. [*VCB*: Regem in Perside Persæ, Macedones in Macedonia sepeliendum censent. Rixam componit responsum Jovis Babylonii, quo Memphim corpus deportari jubetur. Eo delatum sacerdos jubet Alexandriam transferri.] [*V*: Ibi corpore in templo Alexandri deposito, Ptolemæus recitat testamentum, *quod eatenus Valerius exhibet quatenus ad provinciarum distributionem pertinet.*]

XXXV. Quot annis Alexander vixerit et regnaverit; quo die sit mortuus, quot vicerit populos. [*AVC*: Alexandriæ urbes ab Alexandro conditæ enumerantur.]

III. DE ORIGINE ET INCREMENTIS HISTORIÆ ALEXANDRI FABULOSÆ.

Accedimus ad eum locum qui est de historiæ nostræ originibus ac incrementis. Hunc autem tutissime et commodissime tractari censeo, si primum eam telæ partem, quam oculis adhuc subjectam habemus, retro resolvamus, ac tum demum conjectando et tenuiora vestigia legendo ad ipsa ascendamus initia. Primum igitur ab antiquissimo codice A et a Valerio proficiscentes paucis exponemus cujusnam generis sint mutationes et additamenta, quæ in codicibus B et C deprehendimus.

Quæ in codice B mutata videmus, maximam partem sunt ejusmodi, ut auctorem prodant, qui fabulosa interdum ad veræ historiæ seriem revocare studuerit. Tribus id exemplis probatur. Ac primum quidem in codice A et apud Valerium expeditio contra Thebas et reliqua quæ in Græcia Alexander egit, eo tempore facta esse narrantur, quo rex ex Italia, Ægypto et a prœlio Issico redux secundam contra Darium expeditionem parabat. Ita autem rem jam ab Alexandrinis auctoribus adornatam esse, inde colligitur, quod Demosthenes, cedendum esse Macedoni civibus persuadens, multis verbis evehit Alexandriam urbem recens conditam et felicitatem Ægyptiorum jussis regis benignissimi lubentissime obtemperantium. Ac probabile est eo ipso consilio Alexandrinum auctorem hanc historiæ partem ad secundæ expeditionis initium ponere maluisse, ut etiam Ægyptiorum exemplo Athenienses ad obsequium Alexandro præstandum inducti esse viderentur. Contra in codice B. statim post debellatos Thraciæ populos Alexander in Græciam proficiscitur, totusque hic locus, in antiquioribus libris uberrime expositus, verbis paucissimis ex veterum historicorum narratione absolvitur, atque adeo criticum se hoc loco auctor ostendit, ut Ismeniæ historiam voce φέρεται in dubium vocaverit.

Deinde codex A et Valerius Alexandrum ex Europa in Italiam transjecisse et in *Lycaoniam sive Lucaniam* appulisse tradunt. Ac hæc quidem ratio, introducta semel expeditione Italica, omnium simplicissima erat. Contra in cod. B (I, 28) Alexander, rebus Græciæ constitutis, in Asiam transit, ad Granicum vincit, Asiamque minorem subigens deducitur usque in Pamphyliam (in regionem *Lycaoniæ* Asiæ proximam). Hinc deinde transfretatur in Lycaoniam sive Lucaniam, ut Valerius dicit, vel uti est in cod. B, primum in Siciliam, deinde in Italiam.

Similiter historiam de Alexandro in Cydno natante codex B (I, 41) cum antiquis historicis ponit ante prœlium Issicum, quum cod. A et Valerius (II, 8) ponant ante pugnam ad Arbela commissam. Sed quoniam posteriore loco cod. B eandem historiam denuo narrat, hinc colligas correctiones illas non ab auctore cod. B, sed ab antiquiore aliquo profectas, deinde ab alio cum prisca adornatione commixtas esse.

Hæc de præcipuis mutationibus, quæ in cod. B occurrunt. Alia quædam minoris momenti silentio prætermitto. Quod deinde additamenta attinet, item seriorem ætatem redolent. Versantur maxime in miraculis Indicis. Hæc enim quum in antiquioribus libris modicis finibus continerentur, posteriorum erant deliciæ, eodemque modo augebantur, quo negligebantur historica illa de originibus Alexandriæ, de rebus Persarum ab Alexandro constitutis, de testamento regis et quæ alia ejusmodi sunt parum jucunda. Etenim quum in codice A et Valerio mirabilia duabus maxime epistolis absolvantur, quæ post narratum bellum Indicum et expeditionem contra Amazones susceptam apponuntur, auctor cod. B jam invenit tertiam epistolam (II, 23 ubi v. not.), quæ quum majorem partem circa gentes orientis ultimi sit, inepto plane loco

statim post narrationem de morte Darii nuptiisque Alexandri intruditur. Ceterum quum in ea complura legerentur eadem atque in prima epistola cod. A, posteriorem hanc deinde in narrationem historicam dissolverunt, omittentes quæ omittenda erant. Porro uti lib. II, 23 nova plane epistola intruditur, sic antiqua illa, quæ legitur II, 27 sqq., in cod. B. augetur narratione de populis impuris (II, 29), quos Alexander munitis Portis Caspiis a reliquis seclusisse dicitur. Apertum hoc Judæi vel Christiani hominis additamentum. Verum etiam in hisce narrationibus omnibus auctor codicis B sobrium se et brevitatis studiosum ostendit : neque enim dubium est quin quæ de iis uberrime tradita accepit in arctius contraxerit : unde factum, ut narratio sæpe sit obscurior maleque cohæreat.

Videamus deinceps codicem C. Is igitur quum fundum narrationis suæ eandem habeat recensionem quam sequitur cod. B, quæ in hoc mutata vel aliunde assumta diximus, præbet et ipse. Reliqua quæ addit vel mutat ex recensione fluxerunt, tum rerum tractatione tum orationis indole ab altera facile distinguenda. Auctor ejus Judæus vel Syrus Christianus fuisse videtur. Ex hocce fonte petita descriptio ludorum Olympicorum lib. I, 20 et quæ ibi de Laomedonte memorantur, expeditio Alexandri contra Scythas et narratio de morte Philippi. In hac quum interfector Philippi non esset Pausanias, sed Anaxarchus, diversa hæc in cod. C ita conjunguntur, ut homo iste sit Παυσανίας ὁ καὶ Ἀνάξαρχος. Simili modo aliis locis in cod. C introducuntur Φίλων ὁ καὶ Βύζας, Φίλιππος ὁ καὶ Πτολεμαῖος, Ὦχος ὁ καὶ Σεσόγχωσις etc. Oratio in his sicuti in reliquis plurimis verbosa et aniliter garrula. Narratiuncularum, quas *Märchen* Germani vocant, colorem habent quæ c. 26 de Darii legatis leguntur, multum illa ab antiquioris historiæ simplicitate recedentia. Præterea hunc locum ita transposuit, ut legati isti advenisse dicantur jam parante Alexandro expeditionem Persicam, atque eo modo minas Alexandri statim sequatur effectus. — Ex eadem recensione deinde arrepta expeditio contra filium *Anaxarchi* Polycratem. Qui ibi memoratur filius Polycratis *Charmedes*, eundem denuo introduci videmus libro tertio, ubi de morte regis (p. 150) et de statua Alexandri (p. 151, not. 4) sermonem facit, ut dubium non sit, utraque ex eodem fonte afferri. — Similiter *Laomedon*, quem Alexander regionum occidentalium regem constituisse narratur (I, 27, p. 26 sq.), eundem auctorem prodit, ex quo Laomedon ludis Olympiis una cum Alexandro certans memoratur. — Hinc igitur etiam petita sunt quæ de expeditione in Italiam et reliquas occidentis terras ad Oceanum usque leguntur, serioris ævi commenta. Ceterum adeo negligens Noster est, ut subjungat his ea, quæ in codd. ABV. de expeditione Italica exstant, ideoque ex parte bis exponat eadem. — Quæ cap. 36 interseruntur de Nicatoria et Antiochia conditis, haud premerem, nisi hæc quoque prodere viderentur auctorem Syrum, quem aliunde agnoscimus. Præcipuam vero operam auctor cod. C navavit narrationi quæ est de orientis mirabilibus. Supra jam monuimus hanc partem in cod. A et V rudem admodum esse, ac duabus epistolis contineri, in quibus non tam referuntur jam narrata, quam nova exhibentur, ita ut epistolæ in historicæ narrationis locum succedant. Codex B auxerat hæc addita alia epistola sed alieno prorsus loco inculcata. Hæc igitur omnia in ordinem redigit simulque novis divitiis thesaurum jam accumulatum donat codex C. Scilicet epistolas cod. A et Valerii in historiæ formam transducit, prima verbi persona in tertiam mutata, servatisque reliquis. Deinde vero novas epistolas excudit, quæ nonnisi summaria rerum narratarum exhibent. Tertiæ autem epistolæ, quam codex B. habet, initium solum retinet, ut quod retineri absque incommodo poterat; reliqua item in historiam convertit, ejusque epitomen in epistolio ad Olympiadem perferendam curat. Ita igitur ex ordine res procedunt. Additamenta autem in hac parte sunt plurima, adeo ut novam plane faciem historia induat. Nam post mortem Darii Alexander pedem refert in Syriam, unde tantam Judaicæ religionis admirationem aufert, ut deinde denuo in Ægyptum transgressus, iterumque condita Alexandria, paganorum deos foras ejiciat, nec alium quemvis agnoscat præter Jehovam. Hæc Judæum vel Christianum redolent longissime. Aliaque ejusmodi complura, quæ enumerare tædet, passim occurrunt. Unde supra de auctore hujus recensionis conjecturam feci. Deinde postquam, Cydno in lacum Ægyptium transformato, Philippi medici historiam, quam semel ac iterum jam narraverat, denuo auctor exposuerat, orientem nobis reserat, videmusque Alexandrum, antequam ad Porum veniret, jam adiisse limina paradisi. Memorabile inter alia illud est, quod de Brachmanibus in cod. C legitur. Præclarum enim exemplum præbent rationis, qua ea, quæ in antiquioribus libris tamquam documenta quædam ad historiam Alexandri pertinentia narrationi subjecta

vel etiam inserta, nec tamen juncta erant, a serioribus ipsi historiæ Callisthененæ incocta sint. Id enim auctor codicis C fecit Palladii opusculo, quod integrum præbet cod. A.—Denique postremam narrationis partem de morte Alexandri ex eadem recensione fluxisse, unde Polycratis historia in libro primo depromta est, paullo ante jam monui. Ac nemo puto non agnoscet nostrum ineptiarum aucupem in præclaris illis de Bucephalo redivivo, domini vindice, ac demum morte sua beatum Argi canis memoriam refricante. Hactenus de textura codicis C.

His igitur accrementis resectis, videndum est de codice A deque Valerio. Nam hi quoque inter se differunt, nisi quod discrepantiæ tanto rariores, quanto propius auctores ab antiquissima historiæ forma absunt. Mitto eos locos, ubi alter altero uberior est, quod alter altero plura vel accuratiora e communi fonte depromsit. Quo pertinent v. c. illa, quæ codex A. (I, 12) habet de Nectanebo partum Olympiadis inhibente usque dum fausta luceant sidera. Hæc enim Valerius Ambrosianus omittit. Quamquam ea omissio nonnisi scribæ codicis esse videtur, nam centones quidam hujus loci supersunt in Valerii cod. Reg. 8519 (Vide p. 11, not.). Ac nescio an similiter statuendum sit de aliis locis Valerii, ubi nunc justo breviora legimus, ut de Alexandriæ originibus (II, 31 sqq.) et de rebus Persarum (II, 21). Certe in universum patet, eundem latinorum Pseudocallisthenеæ historiæ quam græcorum librorum esse rationem. Ut ut statuas, eximendus ex hoc genus locis sunt ea, quæ Valerius de testamento Alexandri profert. Hæc quoque multo breviora sunt, quam quæ codex A exhibet, sed non Valerii culpa, verum consilio ejus Alexandrini, quem Valerius expressit. Nam totius hujus loci alia adornatio in Valerio, alia in codice A. De quibus fusius dicemus infra. Alius autem generis sunt loci tres, quos habet Valerius, non habet codex A. Eorum primus est de proavis mythicis Alexandri ex Phavorini Historia miscellanea repetitus (I, 13); cui similis argumento est alter, ubi ex Alexandriade nescio qua recensentur majores Alexandri materni inde ab Achille (I, 42, p. 48); tertio denique affertur Aristotelis ad Alexandrum epistola (III, 27). Qui quidem omnes, quum non solum desiderentur in codice A, sed abesse etiam absque ullo historiæ damno possint, seriorum sunt additamenta, quæ jam Valerius in græcis suis repperit. Cum iisque componendus est Palladii libellus in cod. A et Josephi et Orosii loci qui in Valerii codice Reg. 4880 in mediam Pseudo-Callisthenis historiam intruduntur. Nimirum corrasit quisque et adscripsit quæ ad illustrandam vel etiam ad corrigendam Nostri historiam idonea esse censuit. Neque dubium est, quin eodem consilio in codice Ambrosiano Callistheni jungatur Anonymi Itinerarium Alexandri, cujus locum de Halicarnassi obsidione deque Ada regina etiam cod. 4880 ad Valerium I, 42 in margine adscripsit; neque mirarer si in alio libro idem locus in ipsum verborum contextum receptus legeretur.

His subjiciam, quæ leguntur in codice A., non leguntur apud Valerium, de subacto Musicano aliisque Indiæ regulis, de Aorno petra expugnata, et de Alexandri Mallorum urbem obsidentis facinore (1) et periculo (II, 4), deinde vero de Alexandro, qui morbo fatali correptus in Euphratem se dejecturus erat, et de pactis, quæ Perdiccas et Ptolemæus inierint, dum testamentum rex scriberet (III, 32, n. 1).

Igitur hæc quoque seriorum additamenta esse putaveris. Sed quod posteriorem locum attinet, Valerii silentium omnino nihil probat, quoniam postrema hæc historiæ pars vel ab antiquissimis auctoribus vario modo adornata esse videtur, atque alia ejus recensio codici A, alia Valerio subest. Deinde autem ea quæ de Ptolemæo narrantur ejusmodi sunt, ut optime conveniant Alexandrinorum studiis, quæ tanto clarius elucent, quo propius ad initia historiæ nostræ accedas. Etenim ita habet codex A. l. l.: Ὁ δὲ Περδίκκας ὑπονοήσας τὸν Ἀλέξανδρον καταλελοιπέναι τὰ πράγματα τῷ Πτολεμαίῳ διὰ τὸ πολλάκις πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπὲρ τῆς Πτολεμαίῳ γενέσεως, ἔτι δὲ Ὀλυμπιάδα εἰρηκέναι φοβερὰν, ὡς ἦν ἐκ Φιλίππου, λαβὼν τὸν Πτολεμαῖον κατὰ μόνας ἐξορκίζει, εἰ γίνοιτο Ἀλεξάνδρου πραγμάτων διάδοχος, μερίζειν τὰ πράγματα αὐτῷ τὰ κοινῇ συγκριθέντα. Τὸν ὅρκον ὑπομείνας Πτολεμαῖος καὶ οὐδεμίαν ἔννοιαν ἔχων ὑπὲρ ὧν ὁ Περδίκκας ὑπενόει, καὶ αὐτὸς νομίζων τὸν Περδίκκαν διάδοχον εἶναι τῶν πραγμάτων,... ὁρκίζει αὐτὸν τὸν αὐτὸν ὅρκον ἐν μέρει. Hæc igitur quin jam in antiquissimis nostræ historiæ exemplaribus locum habuerint, nihil obstat. Major dubitatio esse de altero loco potest. Nam quæ de Alexandro apud Mallos

(1) Pag. 99, not. 11, pro ὑπὸ τῶν μαζῶν scribendum putavi ὑπὲρ τὸν μαζὸν; præstat ὑπὸ τὸν μαζὸν; nam sic etiam Diodorus XVII, 99, 3.

vulnerato codex A exhibet, eodem plane modo legis in Itinerario Alexandri c. 115, p. 167, adeo ut aut alter alterum exscripsisse aut uterque ex eodem fonte hausisse debeat. Porro eadem, etsi brevius, Itinerarii verbis, sed alio minusque apto loco præbet etiam Valerii codex Reg. 4880 (1). Attamen græca nostra e latinis fluxisse per se parum est probabile, contra vero scriptorem Itinerarii præter melioris notæ auctores etiam fabulosam Alexandri historiam ante oculos habuisse patet. Nimirum cap. 119 dicit: *Cujus* (Alexandri) *ne casus prius quam laudium memor sim, ea quoque memorem, quæ per diligentiam laboravit.* Narrat deinde quomodo Alexander *diebus nonaginta* (95 Valer. III, p. 141) *continuis emensa via* ad Herculis stelas venerit, earumque pretium terebro exploraverit. Leguntur hæc initio epistolæ ad Olympiadem (III, 27, p. 139 sq.). Deinde in Itinerario sequuntur: *Verum enim revertens prærupta per loca cœlo inlucido ut juxtim se viantes vix mutuo noscerentur, tandem Thermodonta amnem* ** (Reliqua desiderantur). Quæ quidem etiam propius quam latina Valerii accedunt ad ea, quæ deinceps in codice A leguntur: Ἐντεῦθεν δὲ ἀναζευγνύων δι' ἐρήμου καὶ κρημνώδους χώρας ὑπὸ τῆς ὁμίχλης οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν παρεστῶτα ὅστις ποτέ ἐστιν κτλ. Dubium itaque non est, quin reliqua quoque hujus epistolæ auctor Itinerarii narraverit. Suspicorque ipsam hanc epistolam in causa fuisse, ut totum Itinerarium ab aliquo Pseudo-Callistheni jungeretur, et fortasse primum hoc loco historiæ nostræ interponeretur (sicuti in cod. Valerii 4880 eodem loco longissima excerpta Orosii et Josephi afferuntur), deinde vero ab aliis ad calcem relegaretur, quemadmodum etiam epistolæ in cod. 5819 e narrationis contextu ad finem rejecta videmus. Ceterum putari possit Itinerarii auctorem nonnisi epistolam ad Olympiadem ante oculos habuisse, quum ejusmodi epistolæ etiam separatim circumferrentur. Verum id ne nobis persuadeamus, obstant aliæ quædam Itinerarii fabulæ, quas easdem Pseudo-Callisthenes narrat. Sic in utroque legimus Alexandrum venisse ad Paludem Mæotidem (Itin. c. 16, Ps.-Call. I, 44 Val.), porro Olympiadem Amphipolim usque Alexandrum comitatam esse (Itin. c. 18, Ps.-Call. I, 42 Val.). Historia quoque de Aorno petra, cujus proceritudinem fuisse ait stadiorum *quadringentorum* (c. 112), e Pseudo-Callisthene potius quam ex alio quovis auctore fluxerit.

Jam igitur, ubi resecaveris omnia, quæ vel in antiquissimis nostris libris extrinsecus addita esse videntur, sponte nascitur quæstio, num quod restat historiæ corpus tale fere quale habemus inde ab initio fuerit, atque uni eidemque auctori debeatur, necne. Perlustratis autem singulis, eo, puto, adducemur, ut statuamus historiæ nostræ formam antiquissimam, e diversis plane elementis conflatam opus esse Alexandrinorum, apud ipsos vero Alexandrinos complures exstitisse ejus recensiones, quarum vestigia nonnulla etiamnum agnosci possint.

Primum dicamus de variis subsidiorum generibus, quæ auctores nostri in usum suum converterint. — Jam ab antiquissimis rerum Alexandri scriptoribus multa inflatius dicta, multa fabulosa vel narrata vel digito monstrata esse nemo nescit. Verbo memorasse sufficit notissima illa de ortu Alexandri divino, de Amazonibus, de certamine singulari quod cum Poro rex inierit, de Indiæ miraculis, de Antipatri insidiis, de mandatis Cratero datis, de testamento Alexandri et si qua sunt similia. Neque negaverim Pseudocallisthenem nonnulla ex ipso Clitarcho, Onesicrito, Megasthene, similibus depromsisse. Quamquam ea perpauca fuisse puto. Longe plurima atque ea maxime, unde proprium suum historia nostra colorem traxit, ex aliis plane fontibus hausta sunt. Quorum genera distinguere licet quattuor hæc: epistolas, narrationes ἐπιχωρίους quas *locales* dicimus, poemata, declamationes denique rhetorum philosophorumque. De singulis dicam accuratius.

Epistolas clarorum virorum, qui ex antiquitate ad nos pervenerunt, fere omnes suppositicias esse, eodemque loco habendas, quo orationes, quæ scriptis historicis inseruntur, satis constat. Fabri vero epistolarum sophistæ dum in eo omnes operam ponunt, ut orationem huic scribendi generi accommodatissimam adhibeant et ingenia eorum, quorum nomine scriptæ epistolæ, recte exprimant, eo tamen differunt, quod alii historiâ tradita presse sequuntur, præsertim si fallere publicum et coemtores propositum erat, alii vero in sophisticis his exercitiis historiam pro consiliis suis ingenue immutant. Illius generis epistolæ sunt, quibus tamquam optimæ notæ fontibus Plutarchus in Vitis uti consuevit, sicut in Alexandri vita epistolis regis ducumque præcipuorum; quas quidem etiam nunc multi genuinas esse dictitant. Alteri generi

(1) Vide p. 120, ubi pro *urgente hoste* lege *vergente die*; deinde pro (l. *dejectis*) scribe (l. *desuper*); et pro *oppugnantes* scr. *repugnantes*. Ita enim *Itin.* Alex., unde locum ductum esse postea demum vidi.

accensendæ sunt, opinor, quæ in nostra historia leguntur epistolæ Darii ad Alexandrum et ad Darium Alexandri. Harum pleræque merito suo minime carent ac meliora utique tempora sapiunt, ut eas ante historiæ nostræ coagmentationem separatim editas esse persuasum sit.

Aliud epistolarum genus ei consilio inserviebat, ut historiæ fictæ et incredibiles familiaritate commercii epistolici reprehensioni publicæ subduceretur. Qua adornatione auctores similiter sibi cavebant atque illi, qui, sicuti Euemerus aliique reconditarum historiarum narratores, stelarum inscriptionibus aliorumque monumentorum auctoritate se muniebant. Pertinet huc epistola de Indiæ miraculis, quæ sub Crateri nomine circumferebatur. Ita enim Strabo XV, p. 702 : Ἐκδέδοται δέ τις καὶ Κρατέρου πρὸς τὴν μητέρα Ἀριστοπάτραν ἐπιστολὴ πολλά τε ἄλλα παράδοξα φράζουσα καὶ οὐχ ὁμολογοῦσα οὐδενὶ, καὶ δὴ καὶ τὸ μέχρι τοῦ Γάγγου προελθεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· αὐτός τέ φησιν ἰδεῖν τὸν ποταμὸν καὶ κήτη τὰ ἐν αὐτῷ καὶ μεγέθους καὶ πλάτους καὶ βάθους πόρρω πίστεως μᾶλλον ἢ ἐγγύς (1). Similes epistolæ de eodem argumento in nostram historiam receptæ et in narrationis historicæ locum substitutæ sunt. Vel serioribus temporibus ejusmodi literæ tamquam peculiaria opera Pseudo-Callistheni jungebantur. Quarum quæ dudum edita est, eadem fere continet atque nostræ, sed plenius et distinctius. Fundus earum sunt narrationes Megasthenis aliorumque qui Indica condiderunt; his deinde ex Paradoxôn scriptoribus, e Plinio, Solino et deinde e fabulis Judaicis et Christianis diversicolor farrago addita est. Megasthenis memoriam præ ceteris revocat epistola (lib II, 17 sqq.), in qua Alexander a Prasiorum urbe (Palimbothris) iterum iterumque excurrens Asiæ regiones explorasse narratur.

Hactenus de epistolis. Multo majoris momenti sunt narrationes quæ ex studiis populorum, quos Alexander sibi subjecerat, profectæ sunt. Quomodo Judæi Alexandrum ita efformaverint, ut ab Israelis filio nihil differret, e codice C intelligere est. Semina narrationis præbuit Josephus. Verum hæc ab antiquissimis nostris aliena sunt. Tanto clarius ibi elucent studia Ægyptiorum, quæ per totum opus adeo regnant, ut Alexandrinum ejus auctorem nemo non agnoscat.

Etsi enim Alexandria urbs ac regis sepulcrum præ ceteris populis Ægyptios Alexandro sociaverant, non tamen hæc exurere ipsis videbantur ignominiam jugi ab alienigena rege impositi. Rationem vero qua mitigari talia vel dilui possent a majoribus acceperant. Nam quum antea Persarum imperata facere coacti fuissent, nihil iniqui se pati dictitabant; videlicet Cambysem matre fuisse Ægyptium. Ac hæc quidem jam Herodoto (III, 2) narrarunt (Cf. Dinon et Lyceas Naucratita ap. Athenæum XIII, p. 560, E). Quid mirum igitur si simili modo in Alexandri affinitatem se traduxerunt, adeo ut Nectanebi successori legitimo parere viderentur. Ansam commento præbuisse vides fabulam de Olympiadis dracone, quo dei attributo fidem asserebant iis, quæ de divina regis origine humana vanitas et servilis oraculorum adulatio sparserant (2). Neque dubium, quin ipsi æquales

(1) Fortasse etiam alia ejusdem Crateri epistola de fabuloso argumento ad Philam uxorem scripta circumferebatur. Quæ suspicio mihi nascitur e Photii Bibl. cod. 166 (p. 111, b. 3, ed. Bekk.), ubi Antonius Diogenes initio operis sui introduxisse narratur Βάλαγρον πρὸς τὴν οἰκείαν γυναῖκα Φίλαν (θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀντιπάτρου αὕτη) γράφοντα. Scripsit autem Balager Diniæ et Dercyllidis fata et errores per terras ultimas; quorum historiam consignatam repperit in sepulcris Tyriis quo tempore ibi cum Alexandro versabatur. Jam vero Balagrum (vel rectius Balacrum), nescio quem (conjecturas vid. ap. Droysen. *Hell.* I, p. 98, 207), uxorem habuisse Philam, quam anno 323 Cratero, et post hujus obitum Demetrio nupsisse constat, neque traditur neque probabile est. Itaque censeo Βάλακρος corruptum esse ex Κράτερος, et figmento Diogenis subesse memoriam epistolæ cujusdam de rebus mirabilibus, quæ Cratero tribuebatur.

(2) Ab altera parte mortalem regis naturam explicasse videntur ex placitis doctrinæ, quam Euhemeristicam vocamus. Inter sectatores ejus Arnobius IV. 29 una cum Nicagora Cyprio, aliis, recenset *Leontem Pellæum*. Scripsisse hunc Leontem de mythologumenis Ægyptiorum constat ex Hygino (Poet. astron. II, 20), Clemente Alexandrino (Strom. I, 21 p. 139 Sylb.), Tertulliano (De cor. mil. 7). Porro Augustinus (De civ. d. VII, 27) postquam de Iside et Osiride eorumque parentibus utpote mortalibus dixerat, lectorem relegat ad epistolam quandam Alexandri ad Olympiadem scriptam, in qua rex Leontis *sacerdotis* auctoritate probare studuerit, deos olim homines fuisse. Hæc probabiliter eadem est epistola, in qua, referente eodem Augustino (VIII, 5), Alexander Olympiadi scribit *sibi a Leone quodam antistite sacrorum Ægyptiorum metu potestatis suæ proditum esse qui dii vulgo haberentur, eos homines fuisse.* Quod in his Pellæus scriptor dicitur *sacerdos Ægyptius*, id commentum est fabri epistolarum, ut recte monuit Jablonsky (Panth. Prolegg. XXX.). Ceterum uti patet quæstionem de divinitate Alexandri ex Euhemerismi placitis tractatam in his epistolis esse, sic verisimillimum est idem jam fecisse quem laudant Leontem. Idque pro certo fere posuerim, si verba scholiastæ ad Apollon. Rhod. IV, 262, ubi de Ægyptiis omnium mortalium antiquissimis citatur

Alexandri istam fabulam jam venditaverint. Nam Justinus, qui ejus meminit lib. XIII, 16 (cf. IX, 5), Clitarchum exprimere solet. Eratosthenes vero (ap. Plut. Alex. 3) eandem tangit utpote rem omnibus notam. Quonam autem tempore in dei locum substitutus *magus Nectanebus* sit, accuratius dici nequit. Disertam rei mentionem faciunt Moses Chorenensis (II, 12), Syncellus (p. 256 B. ed. Par. p. 487 ed. Bonn.), Cedrenus (p. 264 ed. Bonn.), Malala (p. 241 ed. Ox. p. 189 ed. Bonn.), Glycas (II, p. 141). Quorum vel antiquissimus Moses Chorenensis opus Pseudo-Callisthenis quale nos habemus, novisse putandus est, etiamsi versionem Armenicam alii auctori adjudicare malis. Hinc igitur nihil proficimus. Plutarchus (Alex. c. 2) narrat Philippum per somnum se vidisse ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός. Quæ narratio per se Ægyptium auctorem redolet, ac Alexandrina ejus origo clarius etiam apparet, si cum Pseudocallisthene (lib. I, 8), qui sigillo isti *leonis* imaginem insculptam fuisse dicit, comparaveris Stephanum Byz. v. Ἀλεξάνδρεια, ubi propter leonis hanc imaginem Alexandria olim *Leontopolis* nuncupata esse refertur (V. Iasonis fr. 2 p. 160, quo auctore in his usus esse Stephanus videtur). Præterea etiam de *magicis præstigiis* Plutarchus loquitur (1), non ita tamen ut hæc ad nostram historiam transferenda esse liqueat. Porro Nectanebus tamquam vir artis magicæ peritus commemoratur in papyris græcis, monente Letronnio (*Statue vocale de Memnon*, p. 80) (2). Sed hæc quoque ad definiendum tempus, quo orta fabula sit, parum idonea. Verum quum eo consilio sit inventa, ut Alexander regibus Ægyptiis jungeretur, Ptolemæi autem successores Alexandri in Ægypti regno haberentur, in eumque finem Ptolemæum I utpote Philippi filium etiam in familiam Alexandri introduxissent : ipsa res clamat excogitatam Nectanebi fabulam esse regnantibus Ptolemæis, sive illis temporibus quibus vim suam exercere adhuc posset. « Je pense, Letronnius l. l. ait, qu'elle remonte à l'époque des Ptolémées, et qu'elle a été imaginée par les Égyptiens eux-mêmes pour rattacher Alexandre à leurs dynasties nationales. » Porro quum Ptolemæo Philippi filio jungatur commentum de pactis Ptolemæi et Perdiccæ (V. supra p. XVII), secundum quæ uterque ex æquo imperare debebat, consilium autem hujus commenti in eo procul dubio positum sit, ut jus Ptolemæi contra Perdiccam arma moventis tuerentur : hæc ejusmodi sunt, ut sub primis potius quam sub ultimis Ptolemæis inventa esse censeantur. Quod denique fabulam de Nectanebi magi et Olympiadis commercio attinet, monuisse sufficiat similes narrationes de mulieribus, quæ magicis præstigiis deceptæ e diis se gravidas factas esse putaverint, jam secundo ante Christum sæculo in compendiis mythologicis exhibitas esse.

Ceterum probabile est auctores nostros etiam tempora rerum conciliare inter se studuisse. Jam quum Alexander natus sit an. 356 a. C., Nectanebus vero Ægyptum reliquerit an. 341 a. C., Nostri fugam Nectanebi in annum 351 removisse, eidemque anno natales Alexandri assignasse videntur. Idque eo facilius locum habere potuit, quum horum temporum rationes apud veteres auctores mirum in modum corruptæ sint; ac nescio an Alexandrinorum maxime opera turbæ istæ sint excitatæ. Utut est, constat Diodorum (XVI, 51) Nectanebi fugam pessime referre ad Ol. 107, 3. 350 a. C. Cum Diodoro facit Eusebius Hieronymi ed. Scaliger; apud Vallarsium e codd. res notatur ad Ol. 107, 1. 352, et iterum ad Ol. 107, 3; in versione Arm. ad Ol. 108, 1, 348. Deinde vero in Pseudocall. cod. A (III, 35, n. 1.) legimus hæc : Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λ[β'], ἀπὸ ιε' ἐτῶν ἀρξάμενος πολεμεῖν ἐπολέμησεν ἔτη ιζ'. Malala p. 175 ed. Bonn. Pseudocallisthenem exscribens habet : Ἐβίωσε ἔτη λς', ἐβασίλευσε τὰ πάντα ἔτη ιζ'. Igitur si in cod. A verba ἀρξάμενος πολεμεῖν

Λέων ἐν πρώτῳ πρὸς μητέρα, cum Lobeckio (Aglaoph. p. 1000) ita intelligenda sunt ut significent : Leon in libro primo mythologiæ Ægyptiacæ, quod opus matri Alexandri Olympiadi dedicavit. Ceterum de Ægyptiis qui Macedonem nostrum in Osiridem mutaverunt, v. cl. Letronnius : *La statue vocale de Memnon*, 1833, p. 81.

(1) Plutarch. Alex. 2 : Ὤφθη δέ ποτε καὶ δράκων κοιμωμένης τῆς Ὀλυμπιάδος παρεκτεταμένος τῷ σώματι· καὶ τοῦτο μάλιστα τοῦ Φιλίππου τὸν ἔρωτα καὶ τὰς φιλοφροσύνας ἀμαυρῶσαι λέγουσιν, ὡς μηδὲ φοιτᾶν ἔτι πολλάκις παρ' αὐτὴν ἀναπαυσόμενον, εἴτε δείσαντά τινας μαγείας ἐπ' αὐτῷ καὶ φάρμακα τῆς γυναικὸς εἴτε τὴν ὁμιλίαν ὡς κρείττονι συνούσης ἀφοσιούμενον.

(2) Somnium Nectanebi, quo deos rex ipsi iratos esse cognoscit, atque interitus regni Ægyptii portendebatur, exstat in fragmento papyri græci. V. Leemann. Papyri gr. Mus. Leid. p. 122 sqq. Cf. Bœckh. *Manethon*. p. 373. — Quod Lynceus vel potius Lyceas (uti Bœckhius l. l. p. 374 monet) narrat regem Ægyptium ab Ocho superatum ad convivium ab victore vocatum esse, si ad Nectanebum, uti videtur, referendum est, hinc quoque probatur variis modis Nectanebi historiam adulteratam esse.

ita intelligimus ut significent etiam ἀρξάμενος βασιλεύειν (1), annumque 336 a. C. utpote initium regni retinemus : natales Alexandri incidunt in annum 351, ideoque ex Eusebii calculis cum fuga Nectanebi componi possunt. Igitur inter fugam Nectanebi et regnum Alexandri intercederent anni circiter XV. Quibuscum comparanda quæ affert Syncellus p. 269 D, ubi de Vetere, quod dicunt, Chronico Ægyptio verba faciens, ultimam ejus dynastiam finire dicit an. m. 5147 (354 a. C.), ἤτοι πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος κοσμοκρατορίας ἔτη που ιε'. Annus primus vero κοσμοκρατορίας Syncello est annus septimus regni Alexandri in Macedonia, sive an. m. 5162 (p. 260 D sq.). Verum cum hoc computo Syncellus l. l. miscet alium a priore distantem annis septem, ex quo Nectanebi finis tribuitur anno m. 5140 (361 a. C.). V. Bœckh. *Manetho* p. 137 sqq., ubi accuratissime hæc exponuntur. Hinc igitur jure colligitur Syncellum accepisse inde a fine regni Ægyptii usque ad regnum Alexandri numerari annos fere XV, dubium autem hæsisse utrum anni isti quindecim usque ad regnum Alexandri Macedonicum an ad κοσμοκρατορίαν ejus pertineant. Quare hæc quoque ad Pseudocallisthenis rationes traduci possent. Hactenus de Nectanebi fabula, cui vereor ne justo diutius immoratus sim.

Alterum caput quod Alexandrinum auctorem luculentissime prodit, de originibus est urbis Alexandriæ. Quod utinam integrum ad nos pervenisset. Nam codex A et Valerius nonnisi uberioris narrationis fragmenta narrationemque a plurimis excerptoribus male contractam exhibent. Quodsi vero apparet primum ejus auctorem fabulosa multa admiscuisse (sicuti illa de ambitu ingenti, quem primo consilio rex urbi condendæ destinasset (2)), porro etymologiarum ineptiis indulsisse, temporaque temere miscuisse : probe nosti hæc quasi innata periegetis atque Κτίσεων scriptoribus esse vitia, quæ arte critica facile absterguntur. Ceterum Alexandrinum se scriptor fatetur I, 31, n. 12 verbis : Καὶ παραγίνεται (Ἀλέξανδρος) ἐπὶ τούτου τοῦ ἐδάφους, et I, 31 extr. ap. Valerium : *Ejusdem mos ad nos usque prolapsus Sacrum inter nostros heroön dicitur.* Cf. I, 33 p. 33 : Ἐποίησεν ἀπέναντι τοῦ ἡρῴου βωμὸν μέγαν, ὃς νῦν (l. καὶ νῦν, *adhuc* Val.) καλεῖται βωμὸς Ἀλεξάνδρου; III, 42 p. 146 : *erigitur ædes... quod etiam nunc Alexandri vocatur* (3). Pertinent huc etiam mensium nomina Ægyptia (Τυβὶ et Φαρμουθὶ) in cod. A. I, 32 not. 10 et III, 35 not. 2.

Tertium caput, quod ad Alexandriam proxime pertinebat de sepultura Alexandri in nostris libris absolvitur verbis paucis; olim plenius tractatum fuerit. Ceterum loci quos recensuimus tres de ortu Alexandri, de origine Alexandriæ et de sepultura regis, quasi fundum esse uberioris nostræ narrationis facile concedes. Neque improbabile est exstitisse olim minoris ambitus historias, quibus hæc fere sola uberius exponerentur. Attamen μονόβιβλον quod de vita Alexandri sec. Socratem (H. Eccl. III, 23) Adrias quidam vel Andrias, vel secundum Nicephorum (H. Eccl. IX, 4), qui Socratis locum exscripsit, Alexandrinus quidam (οἱ Ἀλεξανδρεῖς) scripsisse narratur, absque causa idonea ad nostram historiam referri censeo (4). Ut ut est, patet nostræ historiæ non ea tantum

(1) Apud Valerium Alexander regnum suscipit annos natus XVIII; in cod. B. annos natus XX, uti historia postulat.

(2) Jam si deinceps cod. A (I, 32 n. 45) Alexandriæ ambitum, qualis revera erat, cum aliis urbibus comparans refert Antiochiam fuisse stadiorum 8, Carthaginem stad. 10, Babylonem stad. 12, Romam stad. 14, Alexandriam omnium maximam stad. 16 : tale quid ab Alexandrino scriptore proficisci omnino non potuit (ut etiam de Valerio loquens monuit Letronnius in *Journal des sav.* 1818, p. 618.); e contrario augeri immodice numeros ab Alexandriæ præcone exspectabas. Quare nisi totus hic locus inepti hominis additamentum est, suspicor mensuram Ægyptiam in *stadia* Græcorum abiisse, sicuti mensium nominibus Ægyptiis Romana nomina substituuntur. Probabiliter vero stadiorum loco memorati erant *schœni*, μέτρον ἄστατον, quod alii 60, alii stadiorum 30, alii aliter definiebant. Schœni duodecim stadiorum 30, optime quadrarent in decantata illa Babylonis urbis stadia 360 vel 365. Ceterum vitium græcis inesse jam Valerius sensisse videtur, qui stadiorum numerum de *longitudine* urbium intelligit, id quod græca nostra minime indicant, neque unquam indicasse videntur.

(3) In græcis p. 151 pro σῶμα Ἀλεξάνδρου lege σῆμα Ἀλ.

(4) Scilicet apud Westermannum in *Pauly's Realencyclopædie* v. *Callisthenes*, p. 14 reperio hæc : *Friedlænder* (*Bibliothèque universelle.* 1818 litt. p. 322 ff. Eundem librum laudat Berger de Xivrey, at virum doctum de Pseudocallisthene ibi disserentem appellat *M. Favre.*) *setzt sie* (sc. *die Entstehung des Textes, welcher jetzt noch existirt*) *mit Beziehung auf Socrates* (Hist. Eccl. III, 23) *bis vor das fünfte Jahrhundert.* — Socrates l. l. in Libanium, qui Christianorum religionem riserat, invehens ostendere studet quam inepta et ridicula sint quæ pagani de diis eorumque oraculis tradant. Relegat lectorem ad ineptas deorum historias in compendiis mythologicis, ut in Peplo Aristotelis, in Stephano Dionysii, in Polymnemone Rhegini. Deinde oracula nonnulla, quibus mortalibus divini honores decernuntur in medium

quæ cum Ægyptiorum terra arctius conjuncta sunt, sed etiam reliqua si non omnia, certe plurima ab Alexandrinis profecta esse. Id enim colligis e lib. II, 39, ubi Alexander de agonibus apud Persas instituendis loquens inter alia dicit: Τόσον οἱ τῶν ἀγώνων ἐπίτροποι ἔστωσαν οἱ ἡμέτεροι Ἀλεξανδρεῖς (*ex Alexandria mea viri Ægyptii* Val.). Eodem facit Alexandriæ laus in oratione Demosthenis (II, 4); porro pertinent huc loci, quibus Alexander cum Sesostride vel Sesonchosi componitur, ut III, 34, 1; coll. III, 17, p. 122; II, 31, p. 86; et II, 24, p. 135, e quo loco simul intelligas jam apud Alexandrinos diversas historiæ nostræ recensiones exstitisse. Nam quæ II, 24 de Serapidis oraculo leguntur aperte non ab eodem auctore profecta sunt, qui eandem rem de Ammonis oraculo refert lib. I, 23.

Præter Ægyptiaca, quæ modo recensui, unum superest caput, quod ab Alexandrinis quidem alienius est, sed item debetur consiliis politicis, quæ patriæ historiæ scriptores rebus Alexandri adhibere solebant. Testamentum dico Alexandri. Quod etsi ex antiquo fonte fluxit, in nostram tamen historiam sero demum illatum esse mihi videtur. Id enim colligo comparata narratione codicis A et Valerii. Scilicet auctor codicis A (III, 33, p. 147) Alexandrum moribundum narrat, dimissis reliquis Macedonibus, coram Perdicca, Ptolemæo et Olcia sive Orcia recitari testamentum jussisse. Post hæc, Ἔστι δὲ, pergit, τοῦ μερισμοῦ τῆς διαθήκης ἀντίγραφον τὸ ὑποτεταγμένον, ὃ ἔλαβε παρὰ Ἀλεξάνδρου Ὀλκίας. Deinde, appositis verbis testamenti, subjicit: Οὐ τοσούτους δὲ βασιλεῖς Ἀλέξανδρος πολεμῶν ἐνίκησε, ὅσους τελευτῶν κατέλειψεν. Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λʹ κτλ. Omittit igitur omnia quæ apud reliquos de ipsa morte et sepultura regis narrantur, sive quod ea non repperit, sive potius quod omisit, novi documenti interruptione priscam narrationem turbante. Ipsum vero testamentum advenam peregrinum vel eo sese prodit quod cum reliqua historia non concinit, Thebarumque restaurationem jubet, quæ dudum Pseudo-Callisthenes imperarat. Offendit præterea Olcias, homo plane novus, quem in testamenti historia cum Perdicca et Ptolemæo componi, cuique res maximas a rege commissas esse videmus. Jam comparemus Valerium. Is enim post mortem regis primum exponit Macedonum et Persarum altercationem, quam Jovis Babylonii oraculum composuerit; deinde quomodo corpus Alexandri Memphim, hinc Alexandriam transportatum sit, ac tum demum *Ptolemæum* introducit testamentum regis publice recitantem. Testamentum vero idem atque cod. A exhibet, ita tamen, ut priorem ejus partem, quæ ad Rhodios, Olciam, Thebanos pertinet, omittat, ne scilicet incongrua inter se proferantur.

Testamentum apud Rhodios depositum esse præter Nostrum unus tradit Diodorus, neque tamen libro XVIII, quo de mandatis Cratero

---

profert. Inter ea de Alexandro legitur hocce: Τοῦ δὲ Μακεδόνων βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντος, οἱ Ἀμφικτύονες Ἀλεξάνδρῳ ἐχαρίζοντο, καὶ ἀνεῖλεν ἡ Πυθία ταῦτα·

Ζῆνα θεῶν ὕπατον καὶ Ἀθηνᾶν τριτογένειαν
τιμᾶτε βροτέων ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα,
ὃν Ζεὺς ἀρίσταις (ἀρρήτοισι Val.) γοναῖς ἔσπειρεν ἄρωγον
εὐνομίης θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλέα.

Ταῦτα τὸ ἐν Πυθοῖ δαιμόνιον ἐχρημάτισεν, ὃ καὶ αὐτὸ τοῖς δυνάσταις κολακεῦον ἐθεοποίει. Deinde alio simili oraculo de Cleomede pugili relato, addit hæc: Κυζικηνοὶ δὲ τρισκαιδέκατον θεὸν Ἀδριανὸν ἀνηγόρευσαν· αὐτὸς δὲ Ἀδριανὸς Ἀντίνοον τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον ἀπεθέωσε. Καὶ ταῦτα γέλωτα καὶ φλύαρον οὐκ ὀνομάζει Λιβάνιος, καίτοι καὶ τοὺς χρησμοὺς καὶ τὸ μονόβιβλον ὁ Ἀδρίας (Ἀνδρίας cod. Florent., Ἀλεξανδρεῖς Nicephor. IX, 4) εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψεν, ἐπιστάμενος· οὐδὲ ἐγκαλύπτεται καὶ αὐτὸν ἀποθεῶν τὸν Πορφύριον, κτλ. Igitur dicit Socrates: « Ista Libanius non censet ridicula esse, quamquam probe novit et oracula modo allata et libellum de vita Alexandri (in quo præter citatum oraculum etiam alia ejusdem in regem adulationis documenta auctor exhibuerit.). Immo tantum abest, ut vilem istam adulationem reprobet, ut ipse potius imitetur eam. » De Alexandro Nectanebi Ammonem mentiti filio et de Pseudocallisthenis historia nostra cogitari omnino nequit. Ceterum qui auctor μονοβίβλου fuerit nescimus. Nicephori lectionem Ἀλεξανδρεῖς rejecerunt omnes; Ἀνδρίας vel Ἀνδρέας nomen non infrequens; novimusque Andream Siculum historicum. Pro Ἀδρίας latinus interpres dedit *Arrianus*, recte fortasse. Nam seriorum libri de Alexandro sæpius Arriano, scriptori notissimo, vindicati esse videntur. Exemplo est opusculum de Alexandro Gymnosophistas adeunte, quod Palladius Arriano Epicteteo tribuit. Ad *Hadrianum*, quem Alexandreidem, poema amplissimum, composuisse scimus, etiam μονόβιβλον referendum censuit Lange ad Niceph. l. l., et Sainte-Croix. *Exam.* p. 162 not., ubi hæc: « Après avoir bien médité, et en m'attachant plus au sens qu'à la lettre, j'y vois qu'Adrien, ayant apothéosé Antinous, chercha à s'en justifier par l'exemple d'Alexandre, dans un livre, où il avait rassemblé tous les oracles concernant la divinité du conquérant macédonien. » Rejicienda etiam sententia Valesii, qui legendum putavit Λουκιανόν. « Intelligit, ait, librum Luciani, qui vulgo Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις inscribitur. Quo in libro fraudem et præstigias Alexandri cujusdam Paphlagonis, qui oraculum callide machinatus fuerat, perstringit. » Quod a nostro loco prorsus alienum est.

datis et de morte Alexandri sermonem facit, sed data occasione in libro XX, 81 (ad. Ol. 108, 4. 305), ubi belli, quod Rhodii contra Antigonum et Demetrium gesserunt, narrationem exorditur. Ducem Diodorus in Diadochorum historia præ ceteris sequi videtur Hieronymum Cardianum, id quod acuta argumentatione evicit Brücknerus (*Zeitsch. f. Alt.* 1842, p. 253 sqq.). Attamen belli Rhodiorum historiam, quam uberrime Diodorus exponit (XX, 81—100), ex eodem auctore depromi neque Brücknerus affirmare ausus est, neque ego probabile esse censeo. Etenim quum Hieronymum ab Antigoni partibus stetisse ac paullo infensiorem reliquis regibus fuisse compertum habeamus, tantum abest ut ejusmodi quid insit narrationi Diodoreæ, ut Rhodium potius scriptorem res patrias tractantem agnoscere mihi videar. Quod si recte sentio, nomen auctoris ipse Diodorus suppeditaverit. Nam lib. V, 55 sqq. antiquiorem Rhodi historiam Diodorus tradit ex *Zenone* Rhodio (v. cap. 56, 7). Quantopere in ea patriæ gloriæ consulere fabulis novis auctor studuerit, testatur Heliopolis in Ægypto a Rhodiis condita, testantur astrologi Ægyptii, qui omnem sapientiam a Rhodiis item acceperunt (c. 57, 2). Neque alium Zenonem se in suæ ætatis historia ostendisse, verbosa diatribe docet æqualis ejus Polybius (Exc. Val. XVI, 14—20). Is enim quum ῥοπὰς διδόναι ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας condonet, Zenonem tamen πατρίδος ἕνεκεν contraria plane rebus gestis tradere, et magis orationis rotunditati quam veritati historiæ studere demonstrat. Hunc igitur Zenonem exprimere Diodorum l. l., ubi testamenti Alexandri mentionem facit, existimo. Verba autem ita habent: Ἐπὶ δὲ τούτων Ῥοδίοις ἐνέστη πόλεμος πρὸς Ἀντίγονον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Ἡ πόλις ἡ τῶν Ῥοδίων ἰσχύουσα ναυτικαῖς δυνάμεσι καὶ πολιτευομένη κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων, περιμάχητος τοῖς δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν ἦν, ἑκάστου σπεύδοντος εἰς τὴν αὐτοῦ φιλίαν προσλαμβάνεσθαι. Προορωμένη δὲ πόῤῥωθεν τὸ συμφέρον, καὶ πρὸς ἅπαντας κατ' ἰδίαν συντιθεμένη τὴν φιλίαν, τῶν πρὸς ἀλλήλους τοῖς δυνάσταις πολέμων οὐ μετεῖχε. Διόπερ συνέβαινεν αὐτὴν τιμᾶσθαι μὲν ὑφ' ἑκάστου βασιλικαῖς δωρεαῖς, ἄγουσαν δὲ πολὺν χρόνον εἰρήνην, μεγάλην ἐπίδοσιν λαβεῖν πρὸς αὔξησιν. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ προεληλύθει δυνάμεως, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἰδίᾳ τὸν πρὸς τοὺς πειρατὰς πόλεμον ἐπαναιρεῖσθαι, καὶ καθαρὰν παρέχεσθαι τῶν κακούργων τὴν θάλατταν, τὸν δὲ πλεῖστον ἰσχύσαντα τῶν μνημονευομένων Ἀλέξανδρον προτιμήσαντ' αὐτὴν μάλιστα τῶν πόλεων καὶ τὴν ὑπὲρ ὅλης τῆς βασιλείας διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι καὶ τἄλλα θαυμάζειν καὶ προάγειν εἰς ὑπεροχήν. Οἱ δ' οὖν Ῥόδιοι πρὸς ἅπαντας τοὺς δυνάστας συντεθειμένοι τὴν φιλίαν, διετήρουν μὲν ἑαυτοὺς ἐκτὸς ἐγκλήματος δικαίου, ταῖς δ' εὐνοίαις ἔῤῥεπον μάλιστα πρὸς Πτολεμαῖον. Συνέβαινε γὰρ αὐτοῖς τῶν τε προσόδων τὰς πλείστας εἶναι διὰ τοὺς εἰς Αἴγυπτον πλέοντας ἐμπόρους, καὶ τὸ σύνολον τρέφεσθαι τὴν πόλιν ἀπὸ ταύτης τῆς βασιλείας, κτλ. Egregie hæc illustrant testamentum, in quo inter alia ad Rhodum pertinentia, Rhodii ab extero præsidio liberi suique arbitrii esse, verum βραβεύειν εἴ τις τῶν ἐπιμελητῶν ἢ διαίρεσις jubentur, Ptolemæo autem demandatur ut curam gerat Rhodiorum. Simul autem attendas quam mire hæc cadant in historiam, quam Diodorus l. l. expositurus est. Scilicet quum Antigonus in suas partes trahere Rhodios vellet, hi recusant; dein bello exorto, a Ptolemæo sustentantur servanturque; tandem pace composita impetrant ut αὐτόνομοι sint et ἀφρούρητοι: adeo ut nihil nisi Alexandri mandata reges exsecuti esse videantur. Jam quum severior disquisitio eo nos ducat, ut omnia quæ de testamento Alexandri ferebantur, commenticia esse censeamus (1), nullus dubito, quin Nostra vel circa tempora belli modo memorati a Rhodio aliquo, vel postea ab ipso Zenone sint excogitata.

Missis reliquis, quæ testamentum nostrum misere lacerum disceptanda suppeditat, hoc unum quæro, quinam intelligendus sit *Olcias* ille sive *Orcias*, Cleonices frater, cui testamentum apud Rhodios deponendum Alexander tradidisse, et quem Illyriæ regem designasse dicitur. Corruptum esse nomen satis liquet. De Glaucia Illyriæ rege, qui primum in mentem mihi venit, cogitari nequit. Ad verum nomen propius accedere censeo formam Ὀρχίας, i. e. Ἀρχίας. Intel-

(1) Curtius X, 10: *Credidere quidam testamento Alexandri distributas esse provincias; sed famam ejus rei, quamquam ab auctoribus tradita est, vanam fuisse comperimus.* Sancti-Crucius, p. 573: « Au contraire, elle était très-fondée; et Quinte-Curce en serait convenu lui-même, s'il eût réfléchi sur l'intérêt qu'eurent les successeurs d'Alexandre à l'étouffer. » At fieri omnino non potuit, quin id ipsum Curtius legeret apud eos, qui mentionem testamenti fecerunt. Sed de his h. l. disputare longum est. Nunc nonnisi apud auctores aut dubiæ aut nullius plane de his rebus auctoritatis mentio testamenti fit, sc. in Maccab. Hist. I, 1; ap. Am. Marcellin. XXIII, 6; Mosem Chorenens. II, 1; Jornandem De reb. Get. c. 10; Malalam VIII, p. 249. Mitto Persas et Arabes. V. Santi-Crucius, p. 575 sq.

ligendus est Archias, Anaxidoti filius, Pellæus, τῶν ἐν αἰνῇ ἐὼν Μακεδόνων. V. Arrian. Ind. 27, 8; 18, 3; 28, 3; 34, 6. Exp. Al. VII, 20, 17; De Succ. Alex. § 20.

Hactenus de iis, quæ ex studiis historicis sive politicis repetenda sunt. Videamus deinceps de carminibus, quorum reliquiæ in narratione supersunt. Ac primum quidem supra jam citavimus versus de majoribus Alexandri maternis; quod Alexandreidis fragmentum, ab uno Valerio servatum, serius demum additum esse statuimus. Cuinam poetæ sit vindicandum, non liquet. Nimirum de auctoribus, sex vel septem numero, quos Alexandri res cecinisse comperimus, nonnisi tenuissima quædam traduntur. Inter comites Alexandri novimus Chœrilum Iasensem (1) atque Agim Argivum, qui *pessimorum carminum post Chœrilum conditor* appellatur apud Curtium (VIII, 5. Cf. Arrian. IV, 9.). Præterea Anaximenis Lampsaceni circumferebantur ἔπη εἰς Ἀλέξανδρον, quæ spuria esse recte procul dubio censuit Pausanias (X, 18, 5. Vid. Anaxim. fr. p. 34). Attalorum temporibus vindicaverim Arrianum (2). Postea Hadrianus (3) exemplo suo illustri alios complures poetas excitasse videtur. Memorantur Nestor Larandensis (4), Severi imp. æqualis, et Soterichus Oasita, Diocletiani coætaneus. Hic si non ipsam Alexandriam urbem inhabitavit (5), certe ignotus esse Alexandrinis nostris scriptoribus non potuit. Dignus igitur sit, cujus memoriam renovemus. Suidas ita habet : Σωτήριχος Ὀασίτης, ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ Διοκλητιανοῦ. Ἐγκώμιον εἰς Διοκλητιανόν, Βασσαρικὰ ἢ Διονυσιακὰ βιβλίοις δ' (Cf. Suid. v. Βασσαρικά), Τὰ κατὰ Πάνθειαν τὴν Βαβυλωνίαν, Τὰ κατ' Ἀριάδνην, Βίον Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, Πύθωνα ἢ Ἀλεξανδριακόν (ἔστι δ' ἱστορία Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ὅτε Θήβας παρέλαβε) καὶ ἄλλα. Inter *alia* illa fuere Καλυδωνιακά, uti liquet ex Tzetze ad Lyc. 486: Ἀγκαῖος ἐπὶ τὸν Καλύδωνιον κάπρον ἐξελθὼν ἀνηρέθη ὑπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ πλάτος τῆς ἱστορίας Ὅμηρός φησι, καὶ Σωτήριχος ἐν τοῖς Καλυδωνιακοῖς λέγει· « Ὁ δὲ Καλυδώνιος σῦς πρότερον περὶ τὴν Οἴτην διατρίβων ὕστερον ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν Ἀρτέμιδος μήνιδι, ὅτι οὐχ ἔθυσεν αὐτῇ ὁ Οἰνεύς» (Eadem iterum tangit Tzetzes in Chil. VII, 102 vs. 773 (6). Hæc igitur si auctoris sui verba accurate Tzetzes reddidit, prosa oratione scripta erant. Addendus iis liber *De rebus patriæ*. Ita enim Stephanus Byz. : Ὕασις, πόλις Λιβύης· λέγεται καὶ Ὄασις, καὶ ὁ πολίτης Ὀασίτης. Ὁ ποιητὴς Σωτήριχος ὁ καὶ τὰ πάτρια γεγραφώς.

Jam quod Ἀλεξανδριακόν, sive carmen de Thebarum excidio attinet, nullus dubito quin magnam ejus partem Pseudo-Callisthenes in usus suos converterit. Videlicet ex poemate fluxisse omnia, quæ lib. I, 46 de Thebis eversis leguntur, admonitione non eget; auctorem vero poematis fuisse Soterichum quum per se probabile sit, tum clarius etiam intelligetur, si titulum carminis, Πύθων ἢ Ἀλεξανδριακόν, cum sententiis nonnullis quæ apud Nostrum leguntur, composueris. Etenim p. 51 inter alia exstant hæc : Πολλῷ δὲ λύθρῳ ἀνθρωπίνῳ κατεβράχη τὰ πρωτοπαγῆ Καδμεῖα θεμέλια... ἔχαιρέ τε Κιθαιρὼν καὶ θρήνοις οἰκείοις καὶ πόνοις ἐπιτερπόμενος. Deinde ubi rex preces Ismeniæ non modo non exaudivit, verum etiam sævis tibicinem verbis increpuit istis : Ὦ παγκάκιστον ἐκλόγευμα Καδμείων,... ὦ τῆς ἐπ' Ἰσμηνοῦ (7) σὺ λείψανον λύπης, atque jussit, ut peragatur excidium, canente tibiis Ismenia : tum vero,

(1) De hac v. Næckium in libro De Chœrilo Samio, p. 100 sqq.

(2) Suidas : Ἀρριανός, ἐποποιός, Μετάφρασιν τῶν Γεωργικῶν τοῦ Βεργιλλίου ἐπικῶς ποιήσας· Ἀλεξανδριάδα· ἔστι δὲ [τὰ] κατὰ τὸν Μακεδόνα ἐν ῥαψῳδίαις εἴκοσι καὶ τέτταρσι· Εἰς Ἄτταλον τὸν Περγαμηνὸν ποιήματα. Magnopere vereor ne aliena Suidas miscuerit. Metaphrastes Georgicorum Virgilii haud dubie distinguendus est ab antiquiore qui Attali res cecinit. Huic adscripserim Alexandriadem, quam fortasse Attalo dedicaverat. Ne putes Arrianum confundi cum Adriano, solemni horum nominum confusione, hoc impedit quod Adriani carmen non potuit complecti libros XXIV, quum libro septimo jam de rebus Indicis sermo fuerit. Ceterum ex Westermanno Βιογρ. p. 70 disco Meinekium de hoc Arriano poeta disserere in Anal. Alex. p. 370.

(3) Stephan. Byz. : Ἀστραία, πόλις Ἰλλυρίας. Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος α'. Idem : Σανεία, πόλις Ἰνδική, ὡς Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ἑβδόμῳ.

(4) Stephan. Byz. Ὑστάσπαι, ἔθνος Περσικόν. Νέστωρ δ' ἐν πρώτῳ τῆς Ἀλεξανδρειάδος **. Intelligo Larandensem poetam, qui scripsit Ἰλιάδα λειπογράμματον et Μεταμορφώσεις φυτῶν καὶ ὀρνέων (Hesychius Mil. et Suidas. v. Νέστωρ; Menander rhet. De encom. II, 4). Ejusdem epigrammata duo exstant. Vid. Jacobs. Anthol. tom. III, p. 51; XIII, p. 9.

(5) Uti Soterichus Alexandrinus, cujus sæpius meminit Plutarchus De mus. p. 1383, 1388, 1401 ed. Didot.

(6) Ad eundem spectare videtur Tzetz. in Prolegg. ad Hes. Opp. p. 13, ubi viros celebres recensens ex humili conditione progressos, postquam Lucianum nominaverat, addit : καὶ οἱ λοιποὶ, ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ χρυσογνώμων ἐκεῖνος Σωτήριχος.

(7) Ita enim corrigendum est pro ἐπ' Ἰσμήνης, quod codex præbet.

poeta ait, πάλιν χαίρων ἐπεχόρευε Θηβαίοις Ἰσμηνὸς αὐτὸς αἱματόφυρτος ῥεύσας. Hæc igitur mutuam sibi lucem affundunt. Nimirum Python, ni egregie fallor, Soterícho erat draco, quem in Cithærone ad fontem Ismeni Cadmus olim occiderat. Hanc ob cædem succensebit deus, dolebit eam Cithæron, plorabit Ismenus donec occisor ac prosapia ejus piaculum expiaverint. Quod quomodo sit eventurum nuntiavit procul dubio dei oraculum. Thebas sane, dixerit, condi in fatis est, neque potest impediri quin ad lyræ sonos saxa murorum consurgant. At veniet, etsi sero, ultor injuriæ deique vindex, Alexander, qui muros istos ad musicos item sonos dejiciet; et qui nunc Pythonis cæde pollutus luget Ismenus, tunc gaudio exsultabit sanguine tinctus Cadmeorum. Jam ecce Macedonem, et quæ adventum ejus fatalem portenta multifaria prædixerunt, etc. — Hoc fere modo rem adornaverit Sotericbus, fortasse antiquioris poetæ carmen lyricum vel dramaticum imitatus. Semina fabulæ condiderit Clitarchus, quem exprimere solet Justinus, qui lib. XI, 4 Cleadam Thebanum captivum pro civibus orantem introducit. Ibi inter alia leguntur hæc : *Privata etiam regem superstitione deprecatur geniti apud ipsos Herculis : unde originem gens Æacidarum trahat, etc.* Ceterum carmen Ismeniæ, quod in nostris libris mancum et corruptissimum est, supplere et corrigere licebit e codice Laurentiano, in quo (uti refert Montefauconius Bibl. Manuscr. p. 307 A.) hic legitur titulus : *Quibus verbis uteretur Ismenias tibicen coactus ab Alexandro tibiis canere super Thebarum eversione.* Unde simul discimus hæc etiam peculiari libello exhiberi solita esse. Ac talis primum ad nostram historiam accesserit. Ab antiquissimis enim libris poetica hæc aliena fuisse vel eo indicari videtur, quod si nostrum locum exceperis, nusquam poemata in historicæ narrationis locum succedunt. Nam quæ præterea in cod. A poetica leguntur, alius sunt generis, continenturque oraculis atque iis, quæ Nectanebus musa astrologica afflatus canit Olympiadi (I, 12). — Quod historiam de Thebarum restauratione attinet (I, 46), eam a Soterichi carmine alienam fuisse ipsa oratio ad pedestrem exilitatem rediens testatur. Subjecta vero (serius tamen, puto) excidio urbis est, ut conjungerentur quæ ad idem pertinerent argumentum. Unde fit ut Alexander Thebis Corinthum proficiscatur, hinc revertatur in Bœotiam. Scilicet historia in ejusmodi narrationibus ubique locum cedit consiliis poeticis. Iisdem debetur narratio de Alexandri victoria Olympica, ceterarum victoriarum præsagio. Eodem modo Λυσίας, quem tamquam dæmonem malignum nubentes veritæ esse videntur, in scurram mutatur Cleopatræ nuptias turbantem. Sic Pausaniæ facinus ex amoris affectu deducitur, ut romantico, quem dicunt, colore historia ornetur. Alia ejus generis omitto. Simile quiddam subest loco, ubi *M. Æmilius* Romæ in Capitolio Alexandrum coronasse dicitur. Neque enim fasti consulares id nomen suppeditabant, sed a poeta advocatum est, ut Paulo Æmilio, qui Macedones Romanorum imperio subjecit, ex eadem familia consul opponeretur, qui Romanorum nomine olim Macedonum regi jurasset obsequium. Atque hoc quidem commentum sat antiquum esse puto.

Aliud genus fontium, unde nostra historia coaluerit, supra posui declamationes rhetorum philosophorumve, et similia, quæ uno verbo *didactica* dicere licet. Huc pertinent quæ leguntur I, c. 16 de Aristotele discipulos suos interrogante; item quæ (lib. III, c. 6) ab Alexandro Brachmanibus quæstiones propinantur, horumque responsa, quorum nonnulla jam Plutarchus affert (Alex. c. 64), alia complura peculiaribus libellis circumferebantur (V. Ἀποκρίσεις φρονίμων in Fabric. Bibl. gr. XIII, p. 585 sqq. ed. pr.); porro Dandamidis declamationes (III, 11 sqq.), quæ a Christiano aliquo compositæ Arriano Epicteteo tribuebantur. Plura ejusmodi e latinis codicibus una cum Palladio edidit Bissæus. Ac omnino exstitisse apud seriores videntur Alexandri historiæ, in quibus didactica hæc præ ceteris tractarentur, adeo ut totum opus virtutum regiarum quasi speculum esset.

Jam quæ in antecedentibus disputavimus, ita comprehendamus, ut progressus historiæ ad seriem chronologicam revocentur. Ea igitur narrationis pars, quæ ex ambitione Ægyptiorum enata est, jam Ptolemæorum priorum temporibus egit radices. Deinde expeditio Italica e consiliis regis in res gestas translata esse haud ita multo post subactam a Romanis Macedoniam videtur. His vero duabus partibus semel conjunctis, adornatio historiæ, quatenus in duas dispescebatur Alexandri expeditiones, erat delineata. Persica et Indica suppeditarant epistolarum collectiones, quas muco historico conglutinasse sufficiebat. Hæc igitur jam primo ante Christum seculo in unum historiæ corpus conjuncta apud Alexandrinos delitescere poterant. Apud eosdem etiam per sequentia secula duo compages hæc variis modis dilatata est. At quid limi quæque generatio deposuerit dici nequit.

Candaces historiam serius additam esse supra suspicati sumus. Idem fortasse de Amazonum historia valet. Testamentum Alexandri item postea demum receptum est. Quæ deinde a secundo maxime seculo grassari cœperant studia superstitiosa magicæque de lapidibus gemmisque doctrinæ, ad locupletandum miraculorum thesaurum imprimis contulisse consentaneum est. — Initio seculi quarti inseri poterat carmen Soterichi Oasitæ. Iisdemque temporibus fama nostræ historiæ adeo jam percrebuerat, ut fabulas ejus cum severiore historia misceret auctor Itinerarii, æqualis Constantii. Quæ quum ita sint, vix opus est, ut moneamus Alexandrinum, cui si non plurima nostra, certe ea debentur, quæ ad Alexandriam pertinent, omnino non potuisse his temporibus esse posteriorem. Nam supra vidimus ætate ejus adhuc viguisse Alexandriæ templum Serapidis, tumulumque Alexandri superstitem fuisse. « Jam vero constat (Maji verbis utor) Serapeum anno 387 p. C. Theodosii imperatoris edicto solutum esse (Marcellinus Comes in Chronico Timasio et Promoto coss.); divus autem Johannes Chrysostomus (Homil. 26 in epist. II ad Corinth., tom. X, p. 625) Alexandri sepulcrum de medio sublatum ejusque annuam memoriam inter homines exstinctam sua jam ætate testatur. » — Quæ postea inde a Constantii fere ævo nova accesserunt, Byzantinis tribuenda sunt. Inter ea numerandum Palladii opusculum in cod. A, quod versus finem seculi quarti addi potuit. Cur multum ultra hæc tempora removeamus historiæ recensionem quam exhibet codex A, causam non video. Initio seculi quinti Armenius, sive Moses sive alius fuerit, Pseudo-Callisthenem fecisse Armenicum statuitur. Circa eadem fere tempora conditam puto Valerii versionem latinam. De ea Majus (Præfat. ad Valerium) ita : « Omissa græci exemplaris quod periit mentione, si quis interpretis Julii Valerii stilum et quasi formam considerabit, is hunc etiam latinum auctorem intra tertium aut quartum Christiani ævi seculum prorsus continebit. Vocabula enim et elocutio et tota scripti natura (si quid sensu callemus et aure) illam utique ætatem clamitare videntur. » Aliter statuit clarissimus Letronnius (in *Journal des Sav.* 1818, p. 620) : « Il suffit de lire avec attention plusieurs pages de la rhapsodie du faux Callisthène (sc. codicis 1685 sive B), pour s'assurer que le style est très-moderne, et qu'on ne saurait le juger d'une époque plus ancienne que le VIIe ou le VIIIe siècle. Or, s'il est vrai (et nous en doutons à peine) que la version de Julius Valerius soit une traduction libre de l'ouvrage grec, traduction surchargée, comme nous l'avons vu, de quelques circonstances étrangères, il faut bien que cette traduction soit elle-même, non pas, comme l'a cru M. Mai, un ouvrage assez ancien, mais la production pseudonyme de quelque traducteur obscur du moyen âge. Il faut convenir que le style, quoi qu'en dise M. Mai, est presque partout d'une étrangeté très-propre à corroborer cette opinion. » Sane quidem narratio codicis B seculum octavum superare vix potest, immo junior esse mihi videtur. Valerio autem ipsum Letronnium nunc majorem concessurum antiquitatem esse crediderim, quum pateat Valerium non expressisse codicem B, sed græca ante oculos habuisse, iis quæ codici A subsunt simillima. Orationi Valerii fateor multos inhærere nævos, quos in citeriora secula rejiciendos existimaveris; verum si reputes rationem, quæ inter codices Valerii intercedit, facile largieris majorem macularum partem scribarum licentia et negligentia per temporum decursum esse aspersam. Quorum haud paucas vel ejus, quem nos contulimus libri, etsi haud optimi, auctoritate abstergere licuit. Missis autem vocabulorum monstris locisque corruptis vel male contractis, si ad interiorem orationis formam respicis, negari nequit eam et pressam et satis rotundam esse, et rhetoricum quiddam spirare, in iis maxime conspicuum quæ circa epistolas sunt et orationes. Scilicet has aut plane omiserunt seriores aut intactas fere reliquerunt, dum in ipsa rerum enarratione suo quisque ingenio indulgebant. Quapropter nihil adeo impedire videtur, quominus πρωτότυπον, quod latini nostri codices exprimunt, ad finem seculi quarti vel ad sequentis initium referendum esse censeamus. Ceterum quod de versionis depravatione modo diximus, idem multo magis de græcis codicis A valere, tam est manifestum ut demonstratione non egeat.

Superest ut verbo moneamus de auctorum nominibus, quæ inscribere nostris historiis placuit.

Callistheni opus tribuitur in codice B et apud Tzetzem in Hist. I, 323 (de Ismenia tibiis canere jusso); III, 885 (de Candacis historia); III, 550 (de Besso et Ariobarzane Darii percussoribus) (1). In codice, quem Leon Allatius (*De en-*

(1) Prælerea Tzelzes III, 100 narrat quomodo Sesostris | ab uno captivorum regum Ægyptiorum de fortunæ in

gastromytho synt. c. 11, p. 423, citante Bergero l. l. p. 190) inspexit, pro Καλλισθένης corrupte scriptum esse videtur Ἀντισθένης. Nam *Pseudo-Antisthenem* auctorem Allatius appellat. Ceterum Callisthenem omnium minime aptum fuisse, cui nostra historia adscribi posset, liquet. At notum Callisthenes et vulgare negotium.

Aristoteles auctor historiæ nominatur in versione Armenica. V. supra p. X not. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου, qui laudatur ap. Eustath. ad Dion. Per. (V. fragm. rerum Al. præfat. p. V), ab his alienus est; etsi fabulosa Alexandri historia, quæ sub Aristotelis nomine circumferebatur, in causa fuisse potest, cur Arriani nomen l. l. in Aristotelis abiret.

Ptolemæi nomen, si indolem nostræ historiæ spectes, omnium aptissimum erat, quod præfigeretur. Idque factum esse videtur, etsi disertis verbis non traditur. Nimirum in cod. A folium quod initium historiæ præcessit, nunc excisum est. Exhibuisse autem videtur regis Ptolemæi imaginem, quam illustrabant versus qui in antecedente pagina adscripti (non tamen ejus manu, qui codicem exaravit) leguntur hi :

Οὗτος βασιλεὺς ὁ Πτολεμαῖος, ξένε,
ὃς εἶχεν ὡσὶ τάσδε προσκαθημένας
ἄγνοιαν ἀπάτην τε, διττὴν κακίαν (1).

Quæ probabiliter præfixa propterea sunt, quod Ptolemæus auctor habebatur Historiæ Alexandri *fabulosæ et in fraudem hominum confictæ*. Quamquam dici etiam possit versus profectos esse ab Judæo aliquo vel Christiano, qui Ptolemæum suum novit e Chronicis, ubi rex hisce introduci solet verbis : Πτολεμαῖος ὁ Λάγου δόλῳ παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπάτῃ πολλοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας μετῴκησεν εἰς Αἴγυπτον (Syncell. p. 271 C. ex Eusebio). — Cum his cf. quæ Bergerus l. l. p. 193 ait : M. Favre (*Bibl. univ.* VIII, *p.* 335) parle d'une autre histoire fabuleuse d'Alexandre en hébreu. « On dit même, ajoute-t-il, qu'elle renferme plus de détails que celle du faux Joseph. Elle porte aussi le titre d'*Histoire des générations d'Alexandre*. Mais quelques rabbins la regardent comme la traduction d'un ouvrage grec, composé par *Ptolémée*, fils de Lagus. »

Quod denique *Æsopum* attinet, qui tamquam Græcus historiæ auctor laudatur in latinis Valerii, acu rem tetigisse censeo Bergerum l. l. p. 190. « Le nom d'Ésope, inquit, pourrait venir simplement de ce que le roman d'Alexandre se trouve joint dans plusieurs manuscrits aux fables d'Ésope, également répandues pendant le moyen âge. Ces deux ouvrages sont réunis dans le manuscrit grec de la Bibliothèque du Roi n° 1685, dans celui de la bibliothèque du cardinal Ridolfi n° 17, dans celui de la bibliothèque de l'université de Leyde n° 93. » — Idem ib. : « M. Hase soupçonne que ce pouvait être quelque *servus literatus*, comme il y en avait dans presque toutes les grandes maisons de Rome. Ils étaient la plupart Grecs, et *Æsopus* est un des noms qu'ils portaient. »

De *Julio Valerio* nihil constat. Fictum item nomen esse suspicatur Letronnius l. l. De aliis quibusdam nominibus, quæ latinis passim præfiguntur, *Eusebii*, *Ethici Istri*, *Solini historiographi*, v. Berger. l. l. Ad nos nunc hæc parum pertinent.

---

constantia admonitus sit. Testes vero historiæ laudantur Ctesias (fr. 3, p. 14, ubi locum exscripsi), Herodotus et Diodorus (qui temere citantur), Dion, καὶ Καλλισθένης, Σιμόκαττος καὶ ἄλλοι. At in nostris Callisthenis libris de his nihil legitur. — Callisthenis locus non nominato fonte exscribitur ap. Tzetzem XI, 97 :

Ὁ βασιλεὺς ὁ μέγιστος Ἀλέξανδρος Φιλίππου,
γλαυκὸν τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχειν θρυλλεῖται πᾶσι,
μέλανα δὲ τὸν ἕτερον. Τοῖς ὀφθαλμοῖς τοιοῦτος.
Ὑν δὲ καὶ σιμοτράχηλος καὶ παρατραχηλῶν δὲ,
ὥστε δοκεῖν πρὸς οὐρανὸν ἐνατενίζειν τοῦτον.
τοιοῦτον καὶ ὁ Λύσιππος ἐκεῖνον ἐχαλκούργει.

Cf. Pseudo-Call. I, 13, not. 10.

(1) Paullo infra in eadem pagina alterum carmen habes hocce :

Ὦ 'ναξ ῥωμανὲ τῆς ὅλης οἰκουμένης,
ἀπῆλθες, ἐστράτευσας, ὡπλίσω πάλιν,
ἀλλ' ἀντανῆλθεν ἡ στράτευσις εἰς φόνους
βουλῇ πονηρᾷ τῶν κρατώντων (sic) ἀνθρώπων·
βέβηλος ὥσπερ ἐστερήθης ὀμμάτων,
βίου τε τὴν στέρησιν ὑπέστης ἄναξ·
γελῶσι νῦν ἅπαντες ἐχθροὶ συντόμως
γέλωτ' ἄθεσμον (γέλωτα θεσμὸν cod.), οὐχ' ὅρον κεκτημένον·
ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν
φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ,
θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος
[ἢ ζῶν]· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος·
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ' ἔτι (cod. οὐκέτ' εἰμί)·
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἓν μ' ἀφείλετο.

ANGELI MAII PRÆFATIO

DE ITINERARIO ALEXANDRI.

Quo tempore imperator Constantius, Constantini Magni filius, bellum adversus Persas summis opibus administrabat, quidam ex iis fortunatis, qui remoti a studiis ambitionis atque a militiæ muneribus vacui, otium et tranquillitatem vitæ sequuntur (Itin. 1), rem dextri ominis atque utilis magisterii se facturum putavit componendo duplici Itinerario duorum principum eodem opere gloriosorum, Alexandri Magni videlicet et Trajani. Sic enim Constantio Cæsari præclarissima exempla objiciebat, eumdemque iis vestigiis sistebat, quæ si persequi posset, bellicæ laudis fastigium sine controversia teneret; ipse autem auctor domestico hoc labore publicorum vacationem officiorum compensabat (Itin. 6.). Jam Trajani Itinerarium, egregium ut credo opus et exoptabile, neque in Ambrosianis codicibus superest, atque arsisse communi videtur incendio; Alexandri vero quod mihi se obtulit, non mediocriter gaudeo. Nam primum in genere historico magnopere mihi placet ipsa ratio et titulus Itinerarii. Equidem, si paulo attentius consideres, hæc est primigenia historiæ natura, ut res nimirum gesta nude ordinateque narretur. Revera si orationes et epistolas et consiliorum explicationes locorumque descriptiones latiores tollas, quid aliud superest de Curtio, aut de Arriano, aut de Xenophonte, vel Livio, nisi quædam vel actorum ipsorum vel agentium hominum itineraria? Sane Thucydidem quo loco res gestas in Græcia a Xerxe fugato usque ad bellum Peloponnesiacum summatim persequitur, cui propius compares, quam Itinerario cuidam Atheniensium rerum? Porro ejusmodi brevitatem quis reprehendat, quum in omni scripto magis offendat nimium quam parum? Fuit autem singularis quodammodo potiorque causa, quamobrem facta Alexandri ad Itinerarii rationem describerentur. Etenim *Macedonum spes*, ut meus inquit Fronto (Princip. Hist. fragm. I), *torrentis modo magna vi ortæ, brevi die occiderunt, quorum unius humanæ prolis ætate imperium exstinctum est.* Incredibilis illa celeritas, qua magnus Alexander terrarum orbem percurrit ac domuit, vix aptiore specie potuit exprimi quam Itinerarii. Præterea quum tot ille regiones cum victore exercitu adierit, qui breviter ejus historiam complecti velit, is haud aliter suo fungetur officio, quam diligenti itinerum notatione. Itaque hoc institutum scribendi de Alexandro, non primitus sub Constantio exortum est, sed jam inde a pervetustis temporibus excogitatum. Diodotus Erythræus, Eumenes Cardianus, Strattisque Olynthius, æquales ut creditur Alexandri, ephemeridas ejusdem, quarum et supersunt fragmenta, concinnaverunt. Itinerarium Alexandri scripserunt item Bæton et Diognetus stationum ejus mensores, ejusque operis reliquiæ laudantur a Plinio atque Strabone. Idem scripserat et Archelaus quidam, uti narrat Laertius: denique et ille fortasse Amyntas quem laudat Athenæus. Tum Nearchi, quem Alexander ad cursum maritimum misit, ephemeridas pæne integras in Indica historia Arrianus exhibet. Nunc insigni felicitate contingit, ut Alexandri prodeat Itinerarium ab homine satis antiquo diligentique confectum, cum tot illa monumenta et subsidia, quibus Alexandri historia nitebatur, nondum ætas consumpserat. Et quidem ipse scriptor (c. 2) sancte testatur, se *non de loquacium numero vilibus usum auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus censura pronunciaret.* Itaque perinde fortasse est ac si Diodoti, Eumenis, Strattios, Amyntæ, Archelai, Diogneti atque Bætonis sive compendium, sive excerptum quoddam legamus, nudatum omni ornatu orationis tamquam veste detracta. Et quamquam cum Arriano plerumque consentit Itinerarium, id tamen ipsa rerum potius veritate, quam sequelæ studio aut imitationis conficitur. Nam quum et Arrianus apprime sit φιλαλήθης, et noster item auctor nihil antiquius narrationis fide habeat, necessaria quadam ratione consequitur, ut sæpenumero assentiantur inter se. Alioquin multi sunt loci, qui satis docent, auctori Itinerarii haud

raro Arrianum neque ad exscribendum neque ad imitandum fuisse propositum (1). Cæterum utriusque auctoris hoc est commune institutum, ut circumcisis omnibus, quæ de Alexandri pueritia atque educatione tradita ab aliis fuerant, bellicam tantum ejusdem expeditionem post Philippi necem scriptis exsequantur.

ITINERARII VERACITAS.

Jam vero quum innumeri historici, quod quisque fere voluisset, in vitam Alexandri olim contulissent, noster quidem auctor grave munus et arduum, ut puto, sustinuit tot scripta purgandi, tantamque libidinem resecandi. Onesicritus, Clitarchus, Callisthenes, Chares, Megasthenes, Duris, Daimachus, Memnon, Hegesias, Æsopus aliique perveteres Alexandri scriptores, portenta litteris commendaverunt. Itaque et Cæsar Julianus res Alexandri poetica licentia ab his exornatas existimavit (2). Ipse Aristobulus, quem tamen Arrianus in paucis miratur, Alexandri res eidem viventi legens, ab eo propter fabulas non sine stomacho rejectus traditur. Quid sequiorum temporem credulitatem seu potius figmenta narrem? Opus nostra ætate præclarum molitus est in Gallia doctissimus Sanctierucius qui critica copiosaque de scriptoribus Alexandri quæstione instituta multam fabularum atque errorum illuviem detersit, tempora constituit, geographiam restituit, atque illustrissima luce hanc veteris historiæ partem aspersit. Nunc autem gratissimum eruditis fore auguramur, quod priscus auctor Alexandri historiam omni errore purgatissimam afferat. Sane Anonymus (ut cuique prudenti constabit) studium suum ad id potissimum dirigit quod simillimum veri videtur, tantaque specie veritatis scribit, ut prorsus rapiat legentis assensum. Modestia ipsa et candidi professio animi fidem auctori conciliat (Itin. 2). Quam arroganter Arrianus sub initio historiæ ingenium suum et genus et patriam et honores et litteras jactat! Is quidem ob eam ingenii levitatem omnibus eruditis risui est. Ast Anonymus prooemium suum miro pudore conspergit. Tum quod externi ingenii nitatur viribus, vir sincerus fateri mavult, ne videatur tacitus aliena surripere. Neque tamen se alienis adfirmationibus, etsi probabilibus, passim venditat, sed et assensum interdum sustinet, et prudentiam declarat his fere verbis *fertur*, vel *ferunt*, vel *relatum est*, vel *si quis aurem ad fidem dicentis inclinet*: tantaque semper cautione utitur, quanta si testimonium diceret : scriptor sine arrogantia gravis, sine segnitia verecundus. Et ipse (c. 2 et 7) quidem aperte ait, se de re magis quam de verbis laborare; interim vero non mediocrem sapientiam simulatione rudis stili tegit. Hujus certe simplicitas atque ordinata brevitas imitabilis videatur esse existimanti, sed experienti non item. Quis enim pro dignitate admiretur hominem, qui tantas res paucis explicavit chartis, doctis profecto, ut cum Catullo loquar, et laboriosis? quique in tanta scribentium licentia numquam a veritate se abduci passus est, numquam a fide decessit. Omnino (nisi me inventi mei fallit amor) rerum Alexandri scriptorem hunc laudare possum pæne religiosissimum. Quam nimirum ob laudem præponendum etiam hoc in libro curavi, licet in codice post opus Julii Valerii subjungatur. Mihi enim veritas rei cuivis semper prævertenda videtur.

ITINERARII STILUS.

Nunc etsi difficile est stilum et formam (sive χαρακτῆρα ut Græci loquuntur) exponere auctoris nondum publico voto judicati, tamen ut meo more aliquid timide dicam, is mihi quidem videtur ejusmodi, cujus sive latinitatem sive elocutionem docti homines non contemnant, dignusque scriptor qui in litterarum luce cognoscatur. Linguam quidem hujus nemo barbaram dicat, quoniam sæculi quarti auctores adhuc in exemplis latinitatis laudamus : hic autem ante dimidium ejus sæculi scribendi laude cluebat. Porro etsi latina ingenia pressit in pejus imperii

(1) Nemo Anonymi Itinerarium arbitretur Arriani servile quoddam compendium. Arrianus tres filios Pausaniæ cæsos non narrat, Lacedæmonum in Peloponnesiaco conventu aliud responsum refert, nihil de Mæotide ab Alexandro adita narrat, alium copiarum numerum Alexandro eunti in Asiam adjungit, neque Olympiadem Amphipolim usque ducit, neque septem, sed sex Asiæ satraparum meminit, neque Parmenionem, sed Amyntam præmissum ab Alexandro scribit. Atque has varietates sub ipsis historiæ primordiis notare libuit : reliquas plurimas persequi otiosum est. Obiter tamen moneo, sicui vacat, ut conferat Itinerarii cap. 44, cum Arriani, lib. II, cap. 25; Itin. cap. 53, cum Arr. lib. III, cap. 6; Itin. cap. 66, cum Arr. lib. III, cap. 17; Itin. cap. 70, cum Arr. lib. III, cap. 23; Itin. cap. 83, cum Arr. lib. IV, cap. 3. Soporis item, quo Alexander Itin. lib. 34, ante pugnam gravatus dicitur, nulla ab Arriano mentio fit.

(2) Vide orationem I, in Constant. editam Lipsiæ anno 1696, tom. I, p. 10. B.

